ptam depraedati sunt. qui tandem redeuntes in Italiam domos remearunt. Graeci cum rege suo Andronico, cum parum dextre Turcos transfugas, nec non eos qui ab Italia ferendi auxilii gratia advennerant, fovissent, praeter opinionem etiam hos sibi inimicos ex amicis et auxiliariis fecere. Graecorum autem nobiles cum profusioribus largitionibus in se converterent reguli, regni reditus universos exhausserunt, nullo interim exercitu comparato, nec peregrinis militibus conductis, cum etiam negligerent hostes suis finibus arcere.

Nunc unde digressus sum, revertor. Otomanus Orthogulis filius, subacta Graecorum Asiam incolentium regione pene universa, irruit in Nicaeam et Philadelphiam, quam haud tamen suae dicioni admovit. Turcos quoque qui Homuren sequebantur, inimicitiiis permotus, bello petiit. regnans autem Prusae, quae regni sedes erat, expiravit (1330), relictis liberis et regione amplissima. defuncto Otomano filius eius natus minimus ex tribus, Orchanes nomine, praeoccupatis animis eorum qui in artissimam patris admittebantur amicitiam, eos sibi familiares et quam maxime opportunos tenuit. ex quibus ut primum accepit Otomanum iam, ut ferunt, in senectulis limine constitutum obiisse mortem, fratres illico fugiens proripuit se ad Olym-



ρευόμενον δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν περιτυχεῖν ἵππων φορβῆ ταύτη  
 πον τῆς χώρας ἐπινεμομένη, καὶ διανεῖμαι ταύτην ἀνδράσι  
 τοῖς ἀπὸ τοῦ ὄρους ἐπ' αὐτὸν συλλεγομένοις, καὶ ἐπικαταβαί-  
 νοντα ἐς τὸ πεδίον ἐπιτρέπειν αὐτοῖς διαρπάζειν ὅσα γ' ἂν  
 5 τούτοις προχωροῖη, ὁρμώμενον δὲ ταύτη ἀπὸ τοῦ ὄρους ἄγειν  
 καὶ φέρειν τὴν πόλιν. τῶν δὲ ἀδελφῶν αὐτοῦ σφίσιν ἀλλή-  
 λους διαπολεμούντων τε καὶ ἀμφὶ τοὺς οἰκείους ἐχόντων πο-  
 λέμους, ἐς ὃ δὴ καὶ οὐκ ὀλίγων τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ D  
 ἀμφοῖν τῶ ἀδελφῶ ἐπιγενομένῳ αὐτῶ, ἐπικαταβῆναί τε ἐς τὸ  
 10 πεδίον, καὶ ἐς πόλεμον καθιστάμενον τοῖς ἀδελφοῖς οὓσι διη-  
 ρημένοις καὶ ἀνὰ μέρος ἑκατέρῳ στρατοπαιδευομένῳ μαχέ-  
 σασθαι, καὶ περιγεγόμενον ἀνελεῖν ἄμφω τῶ ἀδελφῶ, καὶ  
 οὕτω τὴν βασιλείαν παραλαβεῖν. τοῦτο δὲ ἔγωγε ἀναπνυθα-  
 νόμενος εὖρον οὐ γνώμην ταύτη περὶ τῶν ἀδελφῶν, χρῆσθαι  
 15 σφίσιν αὐτοὺς ὡς πολεμίους, ἀποφνημαμένον νομίζεσθαι παρ'  
 αὐτοῖς ἔτι καὶ ἐς τόνδε τὸν χρόνον· ἀλλ' ὑπὸ τῶν τοῖς  
 Ὅγουζίοις ἡγεμόνων καθισταμένων καὶ πρόσθεν γεγόμενον διε-  
 πνυθόμεν.

Ὅρχάνης μὲν οὖν ἐπεὶ τε εἰς τὴν βασιλείαν παρῆει, σύμ-  
 20 पासάν τε τὴν Λυδίαν κατεστρέφετο, καὶ τοῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ P. 11  
 Ἕλλησι καθίστατο ἐς πόλεμον, καὶ συχνὰς τῶν ταύτη Ἕλλη-  
 νίδων πόλεων πολιορκία παρασησάμενος ὑπηγάγετό οἱ, τῶν  
 γε Βυζαντίου βασιλέων πρὸς τοὺς ἐν τῇ Θράκῃ Τριβαλλοὺς τε

9. ἀμφὶ? ἐπιγενομένων? 14. γνώμην T, γνώμη P  
 15. αὐτοῖς ὡς πολεμίους? ἀποφνημομένου P 21. συχνὰ P,  
 συχνούς T

pum Mysiae montem. cum iter faceret, incidit in multa equorum  
 armenta, quae partitur in viros qui ad se in montem concurrerant.  
 descendens autem de monte in loca subiecta, potestatem ipsis rapi-  
 endi dedit quaecunque nacti fuissent. etiam urbem, cum adhuc ver-  
 saretur in Olympo, expugnatam diripuit. fratribus autem suis inte-  
 stino bello ardentibus, et utrumque maxima parte hominum frequen-  
 tante, cum accepisset eos longo intervallo a se divisos castra posuisse,  
 cum suis de monte discedens singulos seorsim aggreditur. interem-  
 ptisque victisque ambobus fratribus suis, ipse ad regiam dignitatem  
 emersit. ego autem experimentis cognovi Turcos non in hunc mo-  
 dum sentire de fratribus istis: verum ita evenisse ferunt sub Ogu-  
 ziorum ducibus.

Orchanes ubi regni administrationem suscepit (1326), univer-  
 sam Lydiam imperio suo addidit, Graecisque in Asia moranti-  
 bus bellum indixit, plurimaeque Graecorum oppida in dicionem acce-  
 pit eo tempore, quo Byzantii reges et Triballi in Thracia et Mysi

ἄμα καὶ Μυσοῦς κατὰ τοῦτο χρόνου ἐπικειμένους σφίσιν ἐς  
 τὰ μάλιστα τὸν πόλεμον διαφερόντων. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ  
 Καππαδοκίαν ἐλαύνων, ἔστιν ἂ τῶν πολισμάτων ὑφ' αὐτῶν  
 V. 9 ποιησάμενος, ἐπὶ Νίκαιαν τὴν ἐν Βιθυνίᾳ πόλιν ἐστρατεύετο.  
 ἐπολιόρχει μὲν οὖν τὴν πόλιν. ἐνταῦθα ὡς ἡ ἀγγελία ἦλθεν<sup>5</sup>  
 ἐς τὸν Ἑλλήνων βασιλέα, τὴν τε Νίκαιαν πολιορκεῖσθαι καὶ  
 τοὺς ἐν τῇ πόλει, εἰ μὴ τις ἐπαμύνοι σφίσι, προσχωρήσαι  
 Β τῇ βαρβάρῳ, στρατεύμα' τε συνελέγετο ἐς τὴν βασιλείαν ἤδη  
 παριῶν, οὐ περισιπόμενος τὴν Νίκαιαν, ὡς τιμωρήσειν παρε-  
 σκευάζετο διαμυχοῦμενος οὐδὲν ἧτιον πρὸς Ὀρχάνην τὸν<sup>10</sup>  
 Ὀτουμάνεω ἢ ἀνασθησόμενος ἀπὸ τῆς Νικαίας. οὗτος μὲν  
 δὴ ὡς τῶν ἄλλων πολλαχῆ ἐπιχειρησάντων οὐ προεχώρησεν  
 ἐπὶ τὴν βασιλείαν, τοὺς τε Ἑλληνας συνιστῶν ἐπὶ τὸν πύπ-  
 πον καὶ νεώτερα πράσσωσιν πράγματα, Μιχαῆλον τὸν Μυσῶν  
 ἡγεμόνα ἐπηγάγετό οἱ ἐς συμμαχίαν, ἐπιγαμίαν ποιησάμενος,<sup>15</sup>  
 τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς ἐς γάμον ἐκδοὺς γήμαντι πρόσθεν τὴν τοῦ  
 βασιλέως Τριβαλλῶν ἀδελφὴν. ὅθεν ὁ Τριβαλλῶν ἡγεμὼν ἐπ'  
 αὐτὸν τε ὄρωμητο στρατεύεσθαι, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Μι-  
 C χαήλου ἀδελφιδοῦν Ἀλέξανδρον· τὸν τε Μιχαῆλον μάχη  
 ἐκράτησε, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ ἐς τὴν βα-<sup>20</sup>  
 σιλείαν κατασιτησάμενος. τῆς ἐς αὐτὸν ἔβρωεως αἰτιασάμενος  
 οὖν τοὺς Ἑλληνας ἐστρατεύετο ἐπ' αὐτούς, καὶ πολιόμενα

1. ἐπικειμένους P: corr H

7. προσχωρήσαι P, προσχωρήσειν H

16. αὐτῶ P: corr H

maximo flagrabant inter sese bello. posthaec in Cappadociam bel-  
 lum transtulit; subactisque oppidulis quibusdam, exercitus ad Nicaeam  
 Bithyniae urbem movit, eamque oppugnare coepit. ut vero nuntiatum  
 est Graecorum regi Nicaeam obsideri, et oppidanos, nisi propere  
 auxilium mittatur, ad barbarum defecturos, conscribit exercitum,  
 et regni curae se immiscens videbatur non neglecturus Nicaeam,  
 verum fortiter defensurus, non tam barbari odio stimulatus, quam  
 sollicitus ne tantam urbem amitteret. hic igitur, quemadmodum  
 et alii multi fecerunt, regiam dignitatem aspernatus est, quamvis  
 Nicaeam de manu hostium sese vindicaturum adfirmaret: verum  
 Graecos adversus avum incitans, rerum novarum avidus, Michaelē  
 Mysorum ducem in belli societatem recipiens, cum ipso affinitatem  
 iunxit, in matrimonium ei collocans suam sororem, cum iam ante  
 duxisset sororem Triballorum regis. hinc ira percitus Triballus  
 arma arripit, habens secum Michaelis patruēlem Alexandrum. victo  
 igitur Michaelē, ne sineret contumeliam sibi a Michaelē factam abire  
 inultam, Alexandrum Michaelis patruēlem regno praeficit. cum autem  
 et in Graecos eius contumeliae culpam transferret, etiam hos

ἅττα ἐξελὼν ἀπεχώρησεν ἐπ' οἶκον. ὕστερον μέντοι σπονδὰς  
 ἐποίησαντο ἐφ' ᾧ ξένοι καὶ φίλοι εἶναι ἀλλήλοις. ἐνταῦθα  
 ἐπυνθάνετο Ὀρχάνην ἐπιδραμόντα τὰ κατὰ τὴν Βιθυνίαν χω-  
 ρία καὶ ἀνδραποδισάμενον πολιορκεῖν τε τὴν Νίκαιαν καὶ  
 5 οὐκ ἀνίεναι προσβάλλοντα τῷ τείχει. στρατεύμα τε ξυναγει-  
 ρας καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν διαβάς ἤλυνεν ἐπὶ Νίκαιαν, ἀμύνειν  
 βουλόμενος τοῖς ἐν τῇ πόλει. Ὀρχάνης μὲν, ἐπειδὴ ἠγγέλθη  
 ἐπιέναι ἐπ' αὐτὸν στρατεύμα Ἑλληνικόν, συνταξάμενος ἀντε- D  
 πήει, [τό τε στρατεύμα ἔχων ἐν τάξει ὡς μαχοῦμενος τὸν  
 10 στρατὸν ἀντεπήγαγε,] καὶ ἐν Φιλοκρίνῃ γενόμενος εἶρε στρα-  
 τοπεδευόμενον τὸν Βυζαντίου βασιλέα. οὐ πολὺ δὲ ὕστερον  
 μάχης ἰσορροποῦ γενομένης αὐτὸς τε ὁ βασιλεὺς ἐτρώθη εἰς  
 τὸν πόδα, καὶ Ἑλλήνων οὐκ ὀλίγοι τραυματῖαι γενόμενοι ἔγνω-  
 σαν δεῦν ἐς Φιλοκρίνην εἰσελθεῖν, ὥστε ἀναλαβεῖν σφῶς ἀν-  
 15 τοὺς καὶ ἀναμαχέσασθαι. ἐνταῦθα ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν ἐτρά-  
 ποντο, κατὰ νότον γενόμενοι οἱ βάρβαροι καὶ ἐπικείμενοι  
 συχνοὺς τε τῶν Ἑλλήνων διέφθειρον, καὶ τοὺς γε λοιποὺς ἐς  
 τὴν πόλιν συνελάσαντες ἐπολιόρχουν. ἐπεὶ δὲ παράλιος ἦν  
 αὕτη ἡ πόλις, ὡς οὐδὲν προεχώρει τῷ Ὀρχάνῃ, αὐθις ἐπὶ P. 12  
 20 Νίκαιαν ἐλθὼν ἐπολιόρχει τε ἐπὶ τινα χρόνον καὶ εἴλε τε οὐ  
 πολλῇ ὕστερον ὁμολογία παραστησάμενος. οὕτω Νίκαια ἐπὶ

5. συναγεῖραι P. corr H

bello vexavit; oppidulisque aliquot captis exercitum domum abduxit.  
 tandem foedera pepigerunt, quibus tenebatur ut inter se et amici et  
 hospites in posterum essent. post haec ad regem Graecorum fama  
 perlatum est satis constanti Orchanem incursionem fecisse in Bithy-  
 niae regionem, captisque mancipiis plurimis obsidione Nicaeam cin-  
 xisse, murumque eius hostili animo quatere. rex itaque Graecorum  
 comparato exercitu in Asiam transvectus, obsidione circumventis au-  
 xiliares porrigere nitentur manus. quod ut primum rumore ad Or-  
 chanem perlatum est, instructo agmine Graecis obviam procedit. cum  
 autem venisset Philocrinam, offendit regem Graecorum ibi castris fixis  
 morantem. nec mora, praelium committitur; in quo rex accepto in  
 pedem vulnere, reliquique Graeci non pauci vulneribus confecti, sta-  
 tuerunt intrare Philocrinam, ut vulnerati lassique paululum rescerentur.  
 nec tamen citra pugnam eo venire quiverunt: barbari enim eos  
 circumventos a tergo adorti, acerrime instantes magna clade affecerunt;  
 reliquos in urbem fugatos obsidione premebant. urbs ergo illa  
 cum foret maritima, et obsidione non posset in potestatem hostium  
 redigi, Orchanes ab ea discedens copias suas Nicaeam reduxit. quam  
 cum obsidione aliquandiu adflixisset, tandem pacationibus in deditio-  
 nem accipit. in hunc modum Orchanes Nicaea potitus est (1330).

Ὁρχάνη ἐγένετο. εἰσέβαλε δὲ καὶ εἰς Φιλαδέλφειαν, ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθη παραστήσασθαι πολιορκῶν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπικουρῶν. μετὰ δὲ ταῦτα διενεχθεὶς, ὡς φασί, πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ βαρβάρων ἡγεμόνας, τούτων ἐνίους συμμάχους οἱ προσλαβόμενος τοῖς ἄλλοις πολεμῶν οὐκ ἀνίει. ὕστερον 5 μέντοι χρόνου συγνοῦ διεθρόντος, Καντακουζηνοῦ βασιλέως Ἑλλήνων ἄρτι γενομένου ἐγήμει θυγατέρα, καὶ ἐπιγαμίαν ποιησάμενος ταύτην εἰρήνην τε τοῖς Ἑλλήσιν ἐποίησατο, καὶ τοῦ Βλοιποῦ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Φρυγίᾳ βαρβάρων ἡγεμόνας διενεχθεὶς ἐπολέμει. ὡς τελευτήσαντος γὰρ Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως, κατελείφθη τε αὐτῇ παῖς ἀμφὶ τὰ δυοκαίδεκα ἔτη γεγρονώς, καὶ τὸν γε Καντακουζηνὸν κατέλιπεν, ἄνδρα εὐδαίμονα καὶ μέγα δυνάμενον, τὸν τε παῖδα ἐπιτροπεύειν ἄχρη δ' ἂν ἐπὶ τὸ τῆς ἡλικίας ἀφίκηται ἐντελές, καὶ τὴν βασιλείαν περιέπειν, [μέγα τε ὄλβιον, καὶ ἀρεσκόμενος τούτῳ ἐπέτρεψε 15 V. 10 τὰ ἀμφὶ τὴν βασιλείαν τε καὶ τὸν παῖδα, ἐμπεδώσας ὄρκοις ἢ μὴν ἀδόλως ἐπιτροπεύειν τῆς τε βασιλείας ἅμα καὶ τοῦ παιδός, καὶ ἀβλαβῆ τὸν παῖδα ἐς τὴν βασιλείαν καταστήσειν]. ὡς δὲ ἐτελεύτησε βασιλεύς, χρόνου οὐ πολλοῦ διεθρόντος Ἑλλήνων τέτινων ἐναγόντων ἐς τοῦτο καὶ συνεπιλαβόμενων, τὴν τε βασιλείαν κατέσχε καὶ τὸν παῖδα κακὸν μὲν οὐδέν τι εἰργάσατο, κηδεστήν δὲ οἱ ποιησάμενος ὀλιγώρως τοῦ παιδός εἶχε, καὶ ἑαυτῷ ᾔετο τοὺς Ἑλληνας μᾶλλον τι ἀνα-

22. τὲ P . . . τοῦ] τὰ τοῦ P: corr H

bellum deinde Philadelphiam vertit, quam acerrime ab auxiliariibus defensam sui iuris facere nequivit. sub idem tempus cum iratus esset quibusdam in Asia degentibus satrapis, quosdam eorum sibi associans reliquos debellavit. tempore deinde multo interiecto, Cantacuzeni Graecorum regis filiam uxorem ducit. quae affinitas ubi intercessit, pax inter Graecos et Turcos facta est; belloque Phrygiae satrapas, cum discordia intervenisset, persequabatur. Andronicus Graecorum rex cum moreretur, reliquit filium natum annos duodecim, tutoremque ei assignavit Cantacuzenum, virum opulentum magnaue potentia subnixum, ut puerum tutaretur et curaret ad eam usque aetatem, quae regno gubernando habilis foret. huius in fidem puerum regnumque tradidit, iureiurandoque eum obstrinxit ut sine dolo in administratione regni educationeque pueri versaretur, quo ipsum nihil iniuriarum a se expertum tandem regno Graecorum praefereret. ut autem rex excessit e vivis, non multo post urgentibus et opitulantiibus Graecis tutor ad regni curam allectus est, puerum tamen nulla iniuria affecit. verum cum eum affinem sibi fecisset, ut imbellem contemptui habuit, spem omnem in Graecis, quantum ad



κτῆσασθαι. ὁ μὲν οὖν Καντακουζηνὸς τὴν βασιλείαν ἀφελόμενος τὸν παῖδα, πρὸς Ὀρχάνην τὴν ἐπιγαμίαν ποιησάμενος ἑαυτῷ ξένον τε καὶ φίλον ἐκτίησιντο ἐς τὸ μάλιστα.

Ὀρχάνης μὲν δὴ βασιλεύσας ἔτη . . . ἐτελεύτησε, παῖδας  
 5 καταλιπὼν Σουλαϊμάνην τε καὶ Ἀμουράτην. Σουλαϊμάνης  
 μὲν οὖν ὁ Ὀρχάνεω τὴν βασιλείαν παραλαβὼν τοῖς τε Ἑλλη-  
 σιν ἐπιῶν ἐπολέμει αὐτίκα, καὶ ἀνδράποδα ἀπὸ τῆς ἐς τὴν  
 Ἀσίαν Ἑλλήνων χώρας ὡς πλεῖστα ἀγόμενος καὶ ἐς Εὐρώπην D  
 διαβύς, τῶν μετὰ Χαλίλεω πρότερον κατὰ τὴν Χερρόνησον  
 10 πρὸς Ἑλλήνας διενεχθέντων ἐναγόντων τε καὶ ἐξηγουμένων  
 αὐτῷ τὴν διάβασιν, ὡς ἡ Εὐρώπη εἴη τε χώρα περικαλλῆς  
 καὶ εὐχερῆς χειρώσασθαι ὑπὸ Σουλαϊμάνεω βασιλέως. ἐν-  
 τεῦθεν διαβιβάσας στρατὸν οὐ πολὺν, τὴν τε Χερρόνησον  
 15 ληΐξασθαι, καὶ τὸ πρότερον ἔτι φρούριον καὶ Μάδυτον κα-  
 τασχόντες καὶ ἄλλ' ἄττα πολίσματα κατὰ τὴν Χερρόνησον,  
 ἐπέδραμόν τε τὴν Ὀρχάνην ἔστε ἐπὶ Ταίαρον τὸν ποταμόν, καὶ  
 τὰ τε ἀνδράποδα ἐς τὴν Ἀσίαν διεβίβαζον. καὶ οἱ ἐν τῇ  
 Ἀσίᾳ Τούρκων, ὅσοι ἐπυθάνοντο ταῦτα, αὐτίκα ἐς τὴν Εὐ- P. 13  
 ρώπην παρὰ Σουλαϊμάνην διέβαινον, καὶ συνελέγοντο εἰς τὴν  
 20 Χερρόνησον οὐκ ὀλίγοι· ἐνθα δὴ καὶ ἐπὶ γεωργίαν τῶν ἀπὸ  
 τῆς Ἀσίας φειδοῦ τῆς ἑαυτῶν χώρας ἐτρέποντο. ὕστερον  
 μέντοι ὁ Ἑλλήνων βασιλεὺς διαπρεσβευσάμενος σπονδὰς τε

### 11. αὐτῶν P

regnum retinendum attinebat, ponendo. at Cantacuzenus cum pupillum regno privasset, Orchanemque data in matrimonium filia asinem ascivisset, eum et amicissimum et familiarissimum in posterum expertus est.

Orchanes cum regnasset annos circiter viginti duo, mortem obiit (1359), relictis filiis Sulaimane et Amurata. Sulaimanes inito regno arma contra Graecos cepit. captis igitur mancipiis quamplurimis ex ea Graecorum regione quam in Asia possidebant, etiam in Europam traiecit, hortantibus et instigantibus iis Turcis qui ante cum Chatite in Europam transierant. hi edocebant profectionem, qua commodissime in Europam veniretur. praeterea narrabant Europae regionem esse amoenissimam captuque facilem. transmissio itaque exercitu haud magno Chersonesi populati sunt; devictisque oppidulis quibusdam, praesidioque Chersonesi Madytoque domitis, irruerunt in Thraciam, progressi usque ad flumen Taenarum, mancipiis plurimis in Asiam traiectis, quae belli iure obvenerant. Turci qui in Asia remanserant, cum haec audissent, illico in Europam contenderunt ad Sulaimanem, et maxima brevi hominum multitudo in Chersoneson ad ipsum confluebat undique ex Asia; et eo loci agriculturae operam

ἐποίησατο πρὸς Σουλαϊμάνην τὸν Ὀρχάνεω, καὶ ἐνήγγεν ἐπὶ τοὺς Τριβαλλοὺς, ἐφ' ᾧ τε αὐτοὺς ξένους τε καὶ φίλους εἶναι ἀλλήλοις καὶ τὸν πρὸς τοὺς Τριβαλλοὺς πόλεμον συνδιαφέρειν ἅμα ἀμφοτέροισι.

Ἔνιοι μὲν οὖν φασὶν ὡς ἔτι περιόντος Ὀρχάνεω ἐν τῇ 5 Ἀσίᾳ τὸν παῖδα αὐτοῦ Σουλαϊμάνην εἰς τὴν Εὐρώπην διαβῆναι μεταπεμπομένον ἐπὶ τοὺς Τριβαλλοὺς τοῦ τῶν Ἑλλήνων Β βασιλείως· τοὺς μέντοι Τριβαλλῶν ἡγεμόνας ὧδε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ τῆς Εὐρώπης πράγματα ἐπυθόμεθα. Στέπανος ἐγένετο βασιλεὺς Τριβαλλῶν, ὃς οὐκ ὀνομαζόμενος ἦν ἀπὸ τῆς εἰς τὸν Ἴόνιον 10 χώρας, τὰ περὶ Ἐπίδαμνον καταστραφάμενος, καὶ εἰς τὴν Μακεδονίαν ἤλυσατο, καὶ εἰς τὴν τῶν Σκοπίων τὴν βασιλείαν ἐποίησατο. εἶεν δ' ἂν οὗτοι, ὅσα γε ἐξεστὶ τεκμαίρεσθαι ὅθεν προαγαγεῖν ἐπὶ τὴν τῆς Εὐρώπης ἡγεμονίαν ἀφίκοντο, Ἰλλυριῶν γένος, ἀπὸ τῆς πρὸς ἐσπέραν τῆς εἰς τὸν Ἴόνιον χώρας 15 προελθόντες ἐπὶ τὴν τῶν Σκοπίων πόλιν, τῇ τε φωνῇ πλησιᾶ χρώμενοι ἐκείνοις, καὶ γένος δὲ ἐκείνο τῶν Ἰλλυριῶν C μέγα τε καὶ ἐπὶ πλεῖστον διῆκον τοῦ Ἴονίου πελάγους, ἔστι ἐπὶ Ἐνετούς, ὡς ἂν ἔχειν οὐ χαλεπῶς τεκμαίρεσθαι ἀπ' ἐκείνων δὲ τότε ἀνὰ τὴν Εὐρώπην σκεδασθέντας ἀχθῆναι. φωνῇ 20 τε γὰρ ἀμφοτέροι τῇ αὐτῇ χρωῶνται ἔτι καὶ νῦν, καὶ ἤθεισι

6. ἐς om P

9. στέπανος T

11. τὸ περὶ P: corr H

17. χρώμενον T, χρωμένων P

dabant, agris suis in Asia parcentes. deinde rex Graecorum legatis missis, cum Sulaimane Orchanis filio pacem fecit, amicosque et hospites in futurum se mutuo fore testati sunt; et coniunctis copiis bellum in Triballos (qui et Bulgari) transtulerunt.

Quidam perhibent adhuc superstite Orchane Sulaimanem filium transisse in Europam, accersitum adversus Triballos ab Graecorum rege. Triballi autem eo, quem trademus, modo ad Europae imperium devenerunt. Stephanus (quem Stepanum alii) Triballorum rex, profectus ab ea regione quae versus Ionium patet, igne incendiisque plurimis Epidamni regionem devastans, etiam Epidamnum (quod et Dyrrachium) subegit; et hinc in Macedoniam exercitus duxit, Scopiorumque urbem regni sedem declaravit. fuerunt autem isti, quantum conicere licet ex profectioe eorum, qua delati sunt ad Europae imperium, genus Illyriorum, qui progressi ab Occidentali versus Ionium regione venerunt ad Scopiorum urbem, lingua etiamnum non dissimili utentes. istud Illyricorum genus cum longe lateque teneret mare Ionium, etiam Venetos attigit. reliqui ab iis segregati per Europam dispersi sunt, etiam hodie non multum lingua moribusque et victus ratione abhorrentes. constat itaque eorum sententiam haud

τοῖς αὐτοῖς καὶ διαίτη, ὥστε οὐκ ὀρθῶς ἂν λέγοιεν οἱ γνώ-  
 μην ἀποδεικνύμενοι περὶ Ἰλλυριῶν ὡς εἶησαν οἱ νῦν Ἀλβα-  
 νοί. ἀρχὴν δὲ ἐγὼ οὐδὲ προσέειμι τὸν λόγον, ὡς εἶησαν Ἰλ-  
 λυριῶν γένος οἱ Ἀλβανοί. ὡς μὲν οὖν ἀπ' Ἐπιδάμνον καὶ  
 5 οὗτοι ὠρμητο εἰς τὴν πρὸς ἕω χώραν τῆς Εὐρώπης, ἐπὶ V. 11  
 Θετταλίαν τε ἀφικόμενοι καὶ ἐπὶ Αἰτωλίαν καὶ Ἀκαρνανίαν,  
 οὐκ ὀλίγα ἄττα τῆς Μακεδονίας χωρὶα ὑφ' αὐτοῖς πεποιημέ- D  
 νοι ἤκουον, οἰδᾶ τε αὐτὸς ἐπιστάμενος, ἀπὸ πολλῶν τεκμαιρό-  
 μενος, καὶ πολλῶν δὴ ἀκήκοα. εἴτε μὲν οὖν ἀπὸ Ἰαπυγίας, ὡς  
 10 ἔνοιον φασίν, εἰς Ἐπιδάμνον διαβάντες ἐπὶ τὴν χώραν ἣν ὑπη-  
 γάγοντο σφίσις ἄλλος ἄλλη ἀφίκοντο, εἴτε αὐτοῦ περὶ Ἐπί-  
 δάμνον τὴν ἀρχὴν Ἰλλυριῶν ὄμοροι προϊόντες κατὰ βραχὺ  
 κατέσχον τὴν πρὸς ἕω τῆς Ἐπιδάμνον χώραν, οὐκ ἔχω ὄπη  
 συμβάλλωμαι ἀσφαλῶς. ἢ μὲν ἄμφω τὸ γένεε τούτῳ, Τρι-  
 15 βαλοί τε καὶ Ἀλβανοί, ἀπὸ τῆς εἰς τὸν Ἴονιον χώρας ὠρμη-  
 μένω, τὸ μὲν πρὸς ἕω τῆς Εὐρώπης ἰόντες τὴν ταύτην χώραν  
 καὶ οὐκ ὀλίγα σφίσις εἰς τὴν ἀρχὴν ὑπηγάγοντο, τὸ δὲ πρὸς P. 14  
 ἑσπέραν ὠρμημένοι σχεδὸν ἔστε Εὐξείνου πόντον ἀφίκοντο  
 καὶ ἐπὶ Ἰστρον, ἄχρι Θετταλίας ἐλάσαντες, ὧδέ μοι εἰρήσεται.  
 20 Ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῆς τῶν Σκοπίων πόλεως ὠρμημένος,  
 ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ἄνδρας τε τὰ εἰς πόλεμον ἀγαθοὺς καὶ  
 στρατιάν οὐ φανύλην, πρῶτα μὲν τὰ περὶ Καστορίαν κατε-

7. χώραν P

15. τὸ P

veritate niti, qui pronuntiant Illyrios esse eos quos Albanos nomina-  
 mus. nec vero principium eius sermonis admitto, qui astruere cona-  
 tur Albanos esse Illyrici generis. quod autem et Albani ab Epidamno  
 prodeuntes in Europae regionem maritimam, quae Orientem respicit,  
 venerint, Aetoliaque Arcanania nec non magna Macedonum regionis  
 parte subacta ibi habitarent, etiam ipse novi, multis coniecturis eo  
 deductus, et multisque super ea re auditis. an vero ab Iapygia iter  
 facientes, ut quidam censent, in Epidamnium transierint, et hinc in  
 eam regionem, quam tandem subiecere, pervenerint, sive cum essent  
 finitimi Illyricis Epidamnium colentibus, accedentes paulatim regionem  
 Epidamni, qua in Orientem patet, occupaverint, nescio qua ratione  
 quam verissime assequar. at nos explanabimus ut utraque haec homi-  
 num genera, Triballi et Albani, egressi ab ea regione quae spectat  
 Ionium, transierint per regionem Europae, quae in Orientem vergit,  
 ibique habitaverint, nec modicas regiones suo imperio adiecerint,  
 versus Occidentem iter instituentes, cum etiam propemodum ad Eu-  
 xinum mare accesserint, Istrum et Thessaliam adierint. quae omnia  
 in hunc modum evenerunt.

Rex horum digrediens ab urbe Scopiorum, munitus viris rei mi-  
 litaris peritissimis et validissimo exercitu, loca Castoriae finitima in

στρέψατο χωρία, καὶ ἐπὶ Μακεδονίαν ἐλάσας, πλὴν Θέρονης τὰ ἄλλα ὑφ' αὐτῷ ποιησάμενος, ἐπὶ Σάβαν τε προελκύνων καὶ ἐπὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰστρον χωρία, μεγάλα ἀπεδείκνυτο ἔργα, καὶ τὴν τε χώραν ταύτην σύμπασαν καταστρεψόμενος εἶχε. τὰς δὲ ἀνὰ τὴν Εὐρώπην τῶν ὑποχειρίων ἄλλους ἄλλῃ ἐπὶ 5  
 Β μέγα τε ἐχώρει δυνάμει, καὶ ἐπὶ Ἑλλήνας ἤλαυτε τὴν ἀρχὴν ἀφαιρησόμενος, καὶ πολλαχῆ ἐπὶ τὰ κατὰ τὸ Βυζάντιον χωρία στρατὸν ἐπαφείς ἀπέδραμέ τε καὶ ἀνεχώρει. καὶ ἦν ἐπὶ τοῦτου τὰ Ἑλλήνων πράγματα προσδόκιμα ἐπὶ τὸν ἔσχατον ἀφίξασθαι κίνδυνον, ὑπὸ σφῶν τε αὐτῶν περιτρεπόμενα κατὰ 10 τὴν τῆς βασιλείας ῥαστώνην, ἐπὶ τὸ ἀκόλαστον καὶ ἀνειμένον τῆς διαίτης Ἀνδρονίκου, τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως φημί, τετραμμένον ταύτη. ἐς μάχην μὲν οὖν τὸ Ἑλληνικὸν γένος ἐπελθεῖν καὶ διαπειροῦσθαι γνώμην οὐκ ἐποιεῖτο, σῶζειν μὲντοι τὰ τεῖχη τρόπῳ ὅτῳ ἂν δύναιτο ἀσφαλεστάτῳ. ἤλασε 15  
 C μὲν οὖν καὶ ἐπὶ Αἰτωλίαν, καὶ Ἰωαννίων τὴν πόλιν εἶλε. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Μακεδονίαν περὶ Ἀξιὸν ποταμὸν Ζάρκῳ ἐπέτρεψεν, ἀνδρὶ ἐς τὰ πρῶτα τιμῆς ἀνήκοντι παρ' ἑαυτῷ, τὰ δὲ ἀπὸ Φερρῶν ἔστε ἐπὶ Ἀξιὸν Πογδάνῳ ἀνδρὶ ἀγαθῷ καὶ τὰ ἐς πόλεμον οὐκ ἀδοκίμῳ, τὰ δὲ ἀπὸ Φερρῶν ἔστε ἐπὶ Ἰστρον 20 Κράλῃ τε καὶ Οὐγγύλῃσιν τοῖν ἀδελφοῖν, ὧν θάτερος μὲν οἰνοχόος ἦν τοῦ βασιλέως, ὁ δὲ ἕτερος ἵπποκόμος. τὰ μέντοι περὶ τὸν Ἰστρον Βούλκῳ τῷ Ἐλεαζάρῳ τοῦ Πράγκου ἐπέ-

## 8. ἐπίδραμέ?

dicionem redegit. motis deinde castris in Macedoniam, praeter Thermam omnia subiugans, bellum ad Savum usque promovit; et in Istria res praeclare gerens universa ea potiebatur regione. dispositis dein per Europam viris, ubi necesse erat, fidissimis, in magnam adolevit potentiam. etiam Graecos bello aggressus, ut ipsorum regnum destrueret. emisso itaque equitatu in loca Byzantio propinqua, cum ea graviter afflisset, abibat. Graeci ab hoc sibi extrema timebant, cum regnum per incuriam periret, Andronicusque senior rex dissolutiori victui se mancipasset. Graeci nullum contra illum pugnandi inibant consilium, verum omnis salutis spes in moenibus defensandis sita erat. iter dehinc intendens in Aetoliam, Ioanniam sive Ioanninam, olim Cassiopen dictam, urbem suo imperio adiunxit. Macedoniam, qua finitima est Axio flumini, commisit Zarco, viro apud ipsum dignitate primario. eam regionis partem quae a Pherris tendit usque ad Axium flumen, Pogdano tribuit, viro bono et rei militaris peritissimo. regionem quae a Pherris excurrit ad Istrum Chрати et Unglesi fratribus concessit, quorum alter regius pocillator, alter equorum regionum curator erat. regionem Istro adjacentem nactus est, contri-



- τρεψε, καὶ τὰ ἀμφὶ τὴν Τρίκην καὶ Καστορίαν Νικολάῳ τῷ  
 ζουπάνῳ, καὶ τὰ περὶ Αἰτωλίαν Πριαλοῦπι. τὰ δὲ περὶ  
 Ὀχρίδα τε καὶ Πριλιαπαῖον χώραν οὕτω καλουμένην ἐπέτρε-  
 5 ψε Πλαδίκη εὐθύνην, ἀνδρὶ οὐκ ἀγενεῖ. τούτοις μὲν δὴ  
 ἐπυθόμεθα ἐπιτετράφθαι τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην ὑπὸ Στεπά-  
 νεω τοῦ βασιλέως· ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησε βασιλεύς, ἔκιστος ἦν D  
 κατέχευε χώραν ἐπιτετραμμένος ἤρχόν τε, καὶ ἀλλήλοις εἰρή-  
 νην συνθέμενοι σφῶν μὲν αὐτῶν τοὶ ἀπείχοντο, τοῖς δὲ Ἕλλη-  
 σιν, ὡς ἐκάστη προεχώρει, ἐπετίθεντό τε καὶ ἐπολέμουν. Μι-  
 10 χαῖλον μέντοι τὸν Μυσῶν ἡγεμόνα, ἀπὸ τὰ κάτω τοῦ Ἰστρου  
 ἐπινεμόμενον ἐπὶ Εὐξείνιον πόντον καὶ τὰ βασιλεία ἐν Τρι-  
 νάβῳ ποιησάμενον, παλαιότερον γενόμενον Στεπάνεω, ἀνα-  
 πνυθιόμενος εὐρίσκω ὡς ταύτη Βουλγάρους μὲν τούτους,  
 οὓς γε Μυσσοὺς ὀνομάζομεν, Σέρβους δὲ ἐκείνους καὶ Τριβα-V. 12  
 15 λούς διακεκρίσθαι ἀπ' ἀλλήλων ἐς τὸννομα ξυνηγέθη ἀπὸ  
 τούτου. τούτω δὲ ἄμφω τῷ γένει ὡς παντάπασιν ἐτέρω ὅντε P. 15  
 ἀλλήλων, καὶ διεστηκότε νομιζέσθαι. ὡς μὲν ἕκαστος τούτων  
 τὴν τε ἀρχὴν ἀφῆρηντο ὑπὸ βαρβάρων καὶ αὐτοὶ τε ἀπόλοντο,  
 ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου ἴδντι εἰρήσεται μοι.
- 20 Σουλαϊμάνης μὲν οὖν ἐπεῖτε τὰ κατὰ τὴν Χερσονήσον  
 πολίσματα πλὴν Καλλιουπόλεως κατέσχετε καὶ ἐνθυλίζετε,  
 ὥστε ἔχειν ὀρμώμενος ἀπὸ τούτων τὰ ἐπὶ τῆς Θράκης χωρία

20. ἐπὶ P: corr H

buente rege, Bulcus Eleazarus, Pranci filius. Trica et Castoria ob-  
 venire Nicolao Zupano. Aetolia decreta est Prialupi. Ochridem et  
 regionem Priliapaeam dictam Pladicae viro haud ignobili regendam  
 dedit. commemoratos modo viros accepimus Europae regionibus prae-  
 factos esse a rege Stepano; qui ubi exhalavit animam, singuli suas  
 regiones, quas a vivo gubernandas acceperant, retinere, foederibus-  
 que inter sese ictis a se mutuo bello abstinerunt. Graecis vero, ut  
 cuique opportunum erat, admodum bellicis armis molesti erant. Mi-  
 chaelem Mysiorum ducem, qui imperavit locis Istro subiectis et regni  
 sui sedem Trinabi constituit, Stepano antiquiorem extitisse audiui;  
 praeterea Bulgaros, quos Mysios vocamus, ibi sedes tenuisse accipi;  
 Servios autem sive Sorabros et Triballos a se discretos, tandem ad  
 istud nomen emersisse. utraque ista genera hominum cum diversa  
 sint, non ad unum referenda sunt. ut autem singuli isti populi re-  
 gno suo a barbaris sint exacti, ipsique prorsus interciderint, in se-  
 quentibus exponetur.

Sulaimanes cum Chersonesi urbes praeter Callipolim subegisset  
 omnes, profectus est cum exercitu adversus Thraciam, ut et hanc  
 suam faceret. cum autem pacem fecisset cum Graecis, expeditionem

ἐλαύνων καταστρέφεσθαι, ὡς τοῖς Ἑλλησιν εἰρήνην ἐποιήσατο, ἐστράτευσεν ἐπὶ Κράλην τε καὶ Οὐγγεσιν τοὺς Τριβαλλῶν ἡγεμόνας, οἳ δὴ τοῖς Ἑλλησιν ἐπετίθεντο καὶ χαλεποὶ ἦσαν διὰ τὸ μηδέποτε ἡσυχίαν ἄγειν ἀλλ' αἰεὶ κακῶς ποιεῖν πολεμοῦντας τοῖς Ἑλλησιν. οὗτοι μὲν οὖν ὡς ἐπέθοντο Σουλαϊ-  
 Β μάνη διαβάντα ἐς τὴν Εὐρώπην δηοῦν τε ἐπὶ τῇ Ἑλληνικῇ τὴν σφειτέραν αὐτῶν χώρων καὶ διασπάζειν μηδενὸς φειδόμενιν, ἐστρατεύοντο ἐπὶ τοὺς Τούρκους, καὶ συμβαλόντες μάχῃ τε ἐκράτησαν καὶ διέφθειρον οὐκ ὀλίγους ἐν τῇ ἐπιδρομῇ. μετὰ δὲ ταῦτα ὡς ἤσθοντο ἤδη τὰ Τούρκων πράγματα  
 10 ταχὺ ἐπὶ μέγα προχωροῦντα δυνάμειος, καὶ τοὺς ἀπὸ Ἀσίας Τούρκους αἰεὶ διαβαίνοντας προσγίνεσθαι αὐτῷ, ὥστε καὶ ἐς πολιορκίαν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην πόλεων καθιστασθαι, καὶ προϊόντας ἐπὶ τὴν μεσσηγαίον τῆς Θρακίας, συνελέγοντό τε στρατεύματα ἀμφοτέροι. Οὐγγεσις μὲν οὖν ὠρμητο ἀπὸ Φερ-  
 15 ρῶν ἐπὶ τοὺς Τούρκους, ἐν αἷς τὰ βασιλεία ἦν αὐτῷ. Κράλης τε ἅμα αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς στρατεύματα ἔχων ἀπὸ τῆς μεσσηγαίου τῆς Θρακίας συνήει τῷ ἀδελφῷ ὡς στρατευσόμενοι. ἅμα ἐπὶ τοὺς Τούρκους. ὁ μὲν οὖν Σουλαϊμάνης ἔτυχε πολιορκῶν πόλισμα τὸ παρὰ Ταίαρρον ποταμόν, διέχον ἀπὸ  
 20 Ἀδριανουπόλεως σταδίουσ ὡσεὶ ἑβδομήκοντα· καὶ σκηνῶσ μὲν αὐτοῦ οὐκ ὀλίγασ ἀπὸ πύλων αἰγῶν ἐπήξατο, ἐν αἷς δὴ οἳ κατὰ τὴν Ἀσίαν Σκύθαι τε οἳ νομάδες καὶ Τούρκων οἳ πρὸς

## 19. ἐπὶ add H

suscepit contra Chratem et Unglesem Triballorum duces, qui Graecis admodum intolerandi erant, feroces et bellicosi. qui ubi resciverunt Sulaimanem processisse in Europam, regionem ipsorum in Graecia sitam vastare, praedasque nemini parcentem confertim agere, copias et ipsi suas adversus Turcos duxerunt; consertisque manibus victores praelio abierunt, plurimis prima coitione interfectis. deinde certiores redditi Turcorum res usque augeri, sibi que tandem intolerabiles fore, cum plurimi Turci usque ex Asia ad Sulaimanem concurrant Europaeasque urbes obsidione urgeant, his exciti, uterque in mediterranea Thraciae pergat et copias parat. Ungleses a Pherris, ubi regia erat, in Turcos progreditur. Chrates autem, praedicti frater, copiis plurimis contractis ad fratrem per mediterranea Thraciae commeat, communi consilio iunctisque viribus bellum Turcis illaturi. sub idem tempus Sulaimanes oppidum oppugnabat ad Taenarum fluvium situm, distans a Callipoli stadiis circiter septuaginta, plurimis tentoriis, quae eo advexerat, per circuitum fixis, in quibus Scythae Turcique, quotquot pastorem vitam sequuntur, quam suavissime de-

- τόνδε τὸν βίον τετραμμένοι δηοῦν εἰώθασι, καὶ ἐπολιόρκει τὸ χωρίον προσέχων ἐντεταμένως. διατρίβοντι δὲ αὐτὸν λέγεται, ὡς τάχιστα ἐπύθειο ἐπιόντας οἱ τοὺς πολεμίους, λαβεῖν τε ἐπιλεξάμενον ἄνδρας ἐς ὀκτακοσίους τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἀρίστων,
- 5 καὶ νυκτὸς ἐπελάσαντα ἐς τὸ πολεμίῳ στρατόπεδον καταδνύ- D  
μενον, ὡς ἤδη ἢ ἡὼς ὑπέφαινε, καὶ οὔτε φυλακὰς ἔχοντας τοὺς πολεμίους ἐώρα αὐτοὺς τε τὰ πολλὰ παρὰ Ταίαρον πο-  
ταμόν, ὃς ὕδωρ κάλλιστόν τε παρέχεται πιεῖν καὶ ὑγιεινότα-  
τον (θέρους δὲ ἦν ὦρα), ὀλιγώρως τε τῶν ὄπλων σφίσιν αὐ-  
10 τοῖς καὶ τῶν ἵππων ἔχοντας, οἷα τοὺς πολεμίους ἐν οὐδενί  
λόγῳ ποιουμένους, ἐπὶ ῥαστώνῃ τετραμμένους, κατὰ Κερ-  
μιανὸν γῶρον ἐπεισεσεῖν τε ἄφνω σὺν τοῖς ὀκτακοσίοις καὶ  
διαφθεῖραι σύμπαντα τὸν στρατὸν, κτείνοντας ἀφειδέστατα,  
ὥστε τοὺς πλείονας αὐτῶν πεσεῖν ἐς τὸν ποταμόν, καὶ ἐν  
15 ἀπορίᾳ εἶχοντο ὅποι τράπωνται γενόμενοι, καὶ ταύτῃ διαφθα-  
ρῆναι. ἔνθα ὁ τε Οὐγγεσις ἀπώλετο καὶ ὁ Κράλης ὁ ἀδελφὸς  
αὐτοῦ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ. ὅτι δ' ἂν τρόπῳ διεφθάρη, οὐκ P. 16  
ἤδει οὐδεὶς, ὥστε οἴεσθαι τοὺς προσήκοντας αὐτῷ περιεῖναι  
εἰ αὐτὸν ἐπὶ πολὴν τινα χρόνον.
- 20 Ὡς οὖν ταύτην τὴν νίκην εὐκλεῆ καὶ περιφανῆ ἀνεί-  
λετο Σουλαιμάνης, τό τε πόλισμα ὃ ἐπολιόρκει πρότερον πα-  
ρρησιήσατο, καὶ Ὀρσειάδα τὴν Ἀδριανοίπολιν καλουμένην

1. δηοῦν] βιοῦν?

5. καταδνόμενον P: corr H

8. ὡς P

gunt; assidensque urbi, intentus oppugnationi insistebat, et studio expugnandae urbis adstrictus accipit hostium adventum. deligit igitur ex suis octingentos, nocturnisque itineribus prima aurora ad hostium castra pervenit. eos deprehendit nec solitas vigilias obeuntes laxatisque custodiis affusus Taenaro fluvio praebenti aquam potu quidem pessimam, eandem vero et saluberrimam. aestatis tempus erat, quo nec arma nec equos perinde curabant, putantes se planissime ab hostium incursionibus securos et tutos. hos nec opinantes, et in Cerniani regione in luxuriam effusus altaque quiete sopitos, Sulaimanes stipatus octingentis militibus delectis adoritur; caedemque maximam, impigre obvios mactando, hostium fecit. multi in flumen fuga praepropera delati, dubii quoniam se verterent, ibi inter cunctandi moras occubuerunt. in hoc praelio desideratus est Ungleses: etiam Chrates occisus est. ut autem hic interierit, ignoratur. hunc eius propinqui qui eum sanguine contingebant, aliquandiu post praelium istud vixisse credere.

Sulaimanes victoria illa insigni et illustri clarus facile tandem etiam oppidulum, quod obsederat, suo imperio adiicit. exercitus Orestiadī quoque, quam Hadrianopolim appellant, admovit.

ελαύνων ἐπολιόρκει. ἔτιγχε δὲ τήνδε τὴν πόλιν περὶ ἀμητῶν  
πολιτορῶν, καὶ προσβάλλων τῇ τείχει θαυμά οὐκ ἀνίει. ἐν  
τούτῳ δὲ ὄντος Σουλαϊμάνεω, τυχεῖν νεανίαν λέγουσι τῶν ἐν  
τῇ πόλει κατὰ ὁπὴν τινα, ἀπὸ τῆς πόλεως φέρουσαν ἔξω,

V. 13 λάθρα τε ἔξιόντα νυκτὸς ἀμῶντα πυροὺς κατὰ τὴν ὁπὴν ταύ- 5  
B τὴν διαφορεῖν ἐς τὴν πόλιν, καὶ τοῦτο συνεχῶς ποιῶντι  
ὄφθῆναι ὑπὸ τινος τῶν ἐν τῇ στρατοπέδῳ. ἰδόντα δὲ τὸν  
Τουῦρκον, ἧ εἰσῆει ὁ νεανίας, ἐφεπόμενον κατόπιον γενέσθαι  
κατὰ τὴν ὁπὴν, πειραθῆναι τε αὐτῆς, καὶ εἰσιόντα ἐς τὴν  
πόλιν αὐθις ἐς τὸ στρατόπεδον γενέσθαι, καὶ ἀφικόμενον 10  
παρὰ Σουλαϊμάνη ἔξειπεῖν τε τὴν εἰσοδὸν καὶ αὐτὸν αὐτίκα  
ἐξηγεῖσθαι. πειραθέντα δὲ τῆς εἰσοδῶν τὸν ἡγεμόνα καταλα-  
βεῖν τε τὴν πόλιν ταύτη καὶ ὑφ' αὐτῇ ποιήσασθαι. μετὰ δὲ  
ταῦτα εἰς Φιλιππόπολιν ἐλαύνοντα ἐλεῖν τε καὶ ταύτην τὴν  
πόλιν καὶ παραστήσασθαι ὁμολογία. 15

Λέγεται δὲ γενέσθαι τούτῳ τῷ βασιλεῖ ἄνδρα ἐπὶ στρα-  
C τηγίας ἐπισημώτατον τε καὶ ἐξηγεῖσθαι δεινότατον ἐπὶ πόλε-  
μῶν τε καὶ ἐπιθορίας. καὶ οἱ μὲν λέγουσιν αὐτὸν τὰ πλείω  
ἀποδεικνύμενον πάμπολυ ταχύ τε καὶ παραχοῆμα ἐπιδεδω-  
κέναι. νοσήσαντος δὲ Σουλαϊμάνεω καὶ ἐπὶ Ἀσίαν ἐπειγομέ- 20  
ρον, τὴν νόσον οἱ χαλεπωτέραν ἡγενομένην ἀπενέγκαι ἐκ τοῦ

1. τὴν τε τὴν πόλιν Περιδμητῶν P

2. προσβάλλων P

circumsedit et Peridmetum infestis exercitibus, aggressusque mu-  
rum, coeptis non succedebat. cum autem ibi haereret intentus ob-  
sidiōni urbis Sulaimanes, ferunt adolescentem quendam clam so-  
litum egredi urbe per rimam quandam muri, ad demetendum  
frumentum; deinde frumento onustus, per eundem locum in ur-  
bem remeabat, cumque hoc frequenter faceret, tandem visus est  
a milite quodam Turco ibi stipendia faciente. Turcus autem ani-  
madvertens, qua muri parte intrare adolescens solitus erat, a tergo  
eum secutus est, tentaturus si per eam rimam in urbem sibi pateret  
aditus. urbem itaque ingressus est. quo facto rediit in castra ad  
Sulaimanem, actaque edocet. Sulaimanes igitur eductis in aciem  
copiis ad urbem accessit. in quam cum irrepisset, duce Turco qui  
rimam invenerat muri, illico eius dominium nactus est. postea pro-  
motis castris Philopolim obsidet; quae tandem pactionibus in eius  
fidem traditur.

Ferunt hunc regem habuisse virum rei militaris perquam gna-  
rum, quo nullus fuerit superior incursionibus faciendis bellisque ge-  
rendis. praeterea aiunt ad tantam potentiam eum hac ex causa ve-  
nisse, quod summa celeritate in rebus gerendis uteretur. Sulaima-  
nes morbo implicatus est. hinc festinabat in Asiam. morbo tandem



βίου αὐτόν. τελευτῶντα δὲ ἐπιτεῖλαι τοῖς ἀμφ' αὐτόν θάψαι τε τὸ σῶμα αὐτοῦ ταύτῃ, κατὰ τὸν τῆς Χερρονήσου Ἰσθμόν, ἧ δὴ καὶ συνέβη πρότερον τελευτήσαντα τὸν παῖδα αὐτοῦ θάψαι τε μεγαλοπρεπῶς καὶ ἐξήνεγκε· καὶ τῇ σήματι 5 ταξάμενος φόρους, ὥστε παννυχία χρῆσθαι τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν ἐπὶ τῇ μνήματι, αὐτόν τε ἐκέλευσεν αὐτοῦ θάψαι ἕμα τῇ παιδί αὐτοῦ.

Ἐπεὶ δὲ αὐτοῦ ἐτελεύτησεν, Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνεω D  
παῖς, Σουλαιμάνεω δὲ ἀδελφός, ὡς ἐπύθετό οἱ αὐτόν τελευτή-  
15 σαντα, τοὺς τε νεήλυδας καὶ ἄλλους τοὺς τῶν θυρῶν ὄντας λαβὼν καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβάς παρελάβε τὸ στρατεύμα αὐτοῦ ἅπαν, καὶ ἐπὶ Ἀδριανούπολιν ἐλάσας τὰ βασιλεία οἱ αὐτοῦ ἐποίησατο. καὶ ἐντευθεν ὀρμώμενος ἐλήϊζετο τὴν τῆς  
Μακεδονίας μεσόγειον χώραν, καὶ ἀνδράποδα συχνὰ ἀγόμε-  
15 νος ἐπλούτιζε τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ στρατιώτας, καὶ Τούρκων ὅσοι ἐπ' ἐλπίδι τοῦ κερδαῖναι ὀτιοῦν εἶποντο αὐτῷ, ἐδώρετο ἀνδραπόδοις τε καὶ ὑποζυγίοις, ἃ ἤλίσκετο ἀπὸ Μυσῶν τε καὶ Ἑλλήνων. λέγεται μέντοι καὶ τότε, ὡς Σουλαιμάνης ἐπεὶ P. 17  
ῆσθετο τῆς Τριβαλλῶν καὶ Μυσῶν δυνάμεως ἐπ' αὐτόν ἀθροί-  
20 ζομένης, καὶ ἔπραττεν ὥστε δοθῆναί οἱ ἐξάκισ μυσρίας δρα-  
χμῆς, ὥστε ἀποδοῦναι αὐτοῖς ὅσα τῶν πολισμάτων προσηγά-  
γητό οἱ, καὶ αὐτόν οἴχεσθαι ἀπαλλαττόμενον ἐς τὴν Ἀσίαν

3. δὲ P 8. ἔπειτα P

22. "vel οἴχεσθαι vel ἀποχωρήσειν

superfluum est." H

ingravescente moritur. moriens praecepit suis ut corpus sepelirent in Chersonesi isthmo, ubi antea contigerat filium suum fato fungi; et magnificae sepulturae tradi ordinavit, et reditus sacerdotibus qui eo loci erant, ut celebrarent nocturnos ludos ad sepulcrum, seque filii sepulturae iungi voluit.

Cum iam animam efflasset, Orchanis filius Amurata, Sulaimanis frater, re cognita, peregrinos (Ianzaros) et reliquos iannarum milites assumens in Europam traiecit, exercitusque omnes qui ibi erant accepit. hinc contendens Hadrianopolim, eam sibi regni sedem designavit. rebus ita compositis incursionem in Macedoniae mediterraneam regionem fecit; brevique captis mancipiis plurimis, et alia praeda, milites suos admodum opulentos reddidit. Turcos, qui eum lucrandi animo comitabantur, mancipiis et iumentis Graecorum et Mysiorum, quae belli iure obvenerant, liberalissime donat. ferunt Sulaimanem, postquam nuntiatum erat Triballorum et Mysiorum copias adversum se pergere, collocutum cum Graecis, si numerarentur sibi sexaginta milia drachmarum, velle se restituere Graecis quaecunque in Thracia ipsorum cepisset oppida, et relicta Europa discessu-

ἀποχωρήσειν, τηρικαῦτα πολιορκοῦντα τὰ ἐν τῇ Θράκῃ πολίσματα Ἑλλήνων. ὡς οὖν πυθόμενοι οἱ Ἕλληνες ἀπεδέχοντο τε καὶ ἔτοιμοι ἦσαν ἐπὶ τούτοις σπένδεσθαι, ξυνερχθῆναι σεισμόν τε μέγαν καὶ τὰ τεῖχη τῶν πόλεων διαρραγῆναι, ὥστε αὐτοὺς ἐλεῖν ἀπὸ τούτου τὰ πλέω οἷς ἐπήλαννον πολιορκοῦν. 5  
 Β τες. καὶ ἐλόντας παρὰ τῶν Ἑλλήνων τὰ πολίσματα ἔχεσθαι τοῦ λοιποῦ τῆς Εὐρώπης, μηδέν τι τοιοῦτον ἔτι προσε-  
 μένους.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἤλανθεν ἐπὶ Μυσοῦς καὶ ἐπὶ Τριβαλλοῦς. τὸ δὲ γένος τοῦτο παλαιότατόν τε καὶ μέγιστον τῶν κατὰ τὴν 10 οἰκουμένην ἔθνῶν, εἴτε ἀπὸ Ἰλλυριοῶν μοίρας ἀπεσχισμένον ταύτην ὤκησε τὴν χώραν, εἴτε, ὡς ἔνιοι, ἀπὸ τῆς πέρας τοῦ Ἰστροῦ ἐπ' ἐσχάτων τῆς Εὐρώπης, ἀπὸ τε Κροατίας καὶ Πηρουσίων τῶν ἐς τὸν ἀρκτικὸν ὠκεανὸν καὶ Σαρματίας τῆς νῦν οὕτω Ῥωσίας καλουμένης, ἔστε ἐπὶ χώραν τὴν διὰ τὸ 15 ψῦχος ἀοίκητον, κάκειθεν ὠρμημένοι καὶ τὸν τε Ἰστρον διαβάντες ἐπὶ τὴν ἐς τὸν Ἰόνιον χώραν ἀφίκοντο καὶ ταύτη ἐπὶ  
 V. 14 πολὺ ἐπὶ Ἐνετοῦς δῆκουσαν καταστρεψάμενοι ἤκησαν, εἴτε  
 C δὴ τοῦναντίον μᾶλλον εἰπεῖν ἄμεινον, ὡς ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς ἐς τὸν Ἰόνιον χώρας ὠρμημένοι καὶ Ἰστρον διαβάντες ἐπέκεινα 20 ἐγένοντο τῆς οἰκουμένης, οὐκ ἂν δὴ λεγόμενον ἀσφαλῶς λέγοιτο ὑφ' ἡμῶν. τοσοῦδε μέντοι ἐπίσταμαι, ὡς τοῖς ὀνόμασι ταῦτα δὴ τὰ γένη διεστηκότα ἀλλήλων ἤθεσι μὲν οὐκέτι,

rum in Asiam. hunc cum Graeci audissent suas in Thracia obsidere urbes, promptissimis quidem animis praedictam condicionem accepissent: at cum maximus terrae motus accidisset, oppidorumque muri procidissent, Turci accedentes armati urbes plurimas, etiam Graecorum, in dicionem suam redegere; nec amplius tales obtulere condiciones Graecis, verum Europam obtinuerunt.

Post haec bellum avertit in Mysios et Triballos. Triballos autem gentem esse totius orbis antiquissimam et maximam compertum habeo. appulerunt in hanc regionem, sive (variant enim auctores) divisi ab Illyriis, sive, ut quorundam sententia est, ab ea regione quae ultra Istrum in extrema Europa est, et a Croatia Prusiisque septentrionale mare accolentibus; necnon a Sarmatia, quam hodie Russiam vocant, propter suae regionis frigus invictum profecti, Istrumque transgressi, in regionem Ionio affusam penetrarunt, ubi quoque habitaverunt, cum armis eam regionem quae Venetos spectat subegissent. si autem quis contrariam sequatur sententiam, quasi e regione versus Ionium vergente digressi Istroque superato in illam accesserint, unde eos antea prodiisse diximus, regionem, haud quidem con-

γλώττη δὲ καὶ φωνῇ τῇ αὐτῇ χρώμενοι κατάδηλοί εἰσιν ἔτι καὶ  
 νῦν. ὡς μέντοι διέσπαρται ἀνά τὴν Εὐρώπην, πολλαχῇ ᾤκη-  
 σαν, ἄλλη τε δὴ καὶ ἔν τινι τῆς Πελοποννήσου χώρας τε τῆς  
 Λακωνικῆς ἐς τὸ Ταύγετον ὄρος καὶ ἐς τὸ Ταίναρον ᾤκημέ-  
 5 νον. ἧ δὲ καὶ ἀπὸ Λακίας ἐπὶ Πίνδον τὸ ἐς Θετταλίαν κα- D  
 θῆκον ἐνοικῆσαν ἔθνος. Βράχοι δὲ ἀμφότεροι ὀνομάζονται·  
 καὶ οὐκ ἂν δὴ ἔχω διεξιέναι ὁποτέρους ἂν τούτων λέγοιμι  
 ἐπὶ τοὺς ἐτέρους ἀφικέσθαι. οὕτω δὲ κἀνταῦθα τοὺς τε  
 Τριβυλλοὺς καὶ Μυσσοὺς καὶ Ἰλλυριοὺς καὶ Κροατίους καὶ  
 10 Πολανίους καὶ Σαρμάτας τὴν αὐτὴν ἐπίσταμαι ἰέντας φωνήν·  
 εἰ δέοι ταύτη τεκμαιρόμενον λέγειν, εἴη ἂν τοῦτο τὸ γένος  
 ταυτό τε καὶ ἔν καὶ ὁμόφυλον ἑαυτῶ. ὑπὸ δὲ τοῦ καιροῦ  
 ἐς ἧθῃ τε διενηγεμένα ἀλλήλων καὶ ἐπὶ χώραν ἄλλην ἀφι-  
 κόμενοι ᾤκησαν. οὐκοῦν δὴ λέγεται πρὸς οὐδένων ὥστε σα-  
 15 φές τι περὶ αὐτῶν ἔχειν ἡμᾶς ἐς ἱστορίαν ἀποδείκνυσθαι.  
 βασιλεὺς μὲν ἔστιν αὐτοῖς κἀνταῦθα τοῦ Ἰστροῦ καὶ πέραν τε, P. 18  
 τὸ τε γένος τοῦτο πολὺ μείζον καὶ ἐπὶ πολὺ μᾶλλον διῆκον,  
 ὥστ' ἂν μᾶλλον ἐκεῖθεν φάναι κάλλιον παρέχον ἐπὶ τάδε  
 ἀφικέσθαι τὸ γένος τοῦτο, καὶ οἰκῆσαι πρὸς τῇ κατὰ τὸν Ἰό-  
 20 νιον χώρα, καὶ [παρὰ] τὸν Ἰστρον διαβῆναι, καὶ αὐτοῦ μᾶλ-  
 λον οἰκῆσαι ἢ ἐντεῦθεν ὠρμημένον ἐπὶ τὰ ἐκεῖ τῆς οἰκουμέ-  
 νης σχεδόν τι ἀοίκητα ἀφικέσθαι. εἴτε μὲν οὖν ἀνάγκη τινὶ

λ  
 6. βράχοι T      19. τὸ P

tendero; nec tamen eam tuto arripere audeo. attamen scio, quam-  
 vis populi isti nominibus sint discreti, non tamen moribus quicquam  
 inter se differunt: idem linguae usus iisdem etiam hodie est. dis-  
 persi hinc inde domicilia per totam habuere Europam, incolentibus  
 quibusdam de illo grege Peloponnesi regionem Laonicam, qua patet  
 ad montem Taugetum et ad Taenarum. ubi etiam habitavit a Dacia  
 ad Pindum usque montem, in Thessaliam se proiicientem, alius qui-  
 dam populus: utrisque nomen fuit Bacchi. nec tamen scio utrum in  
 Epiros commigrasse asseverem. haud me fugit Triballos Mysios Illy-  
 rios Polonos et Sarmatas eadem inter sese lingua uti. si igitur hinc  
 coniecturam facere licet, existimo omnes istos unum hominum esse  
 genus nec diversum. ut autem tandem in diversos abierint mores et  
 in alias concesserint regiones, a nullo accepi, ut certum quid de iis  
 praesenti historiae inserere ausim. ultra citraque Istrum colunt,  
 longe lateque regnantes. itaque, mea quidem sententia, magis ver-  
 risimile videtur hoc hominum generi variis fortunae procellis iacta-  
 tum Ionii regionem insedissee, traiectoquo Istro ibi sedes fixisse; ibi-  
 demque potius habitasse, quam inde discedentes adierint ad eum

προηγμένον, εἴτε καὶ ἑκούσιον ἐπ' ἄμυναν στελλόμενον χωρὶς οὕτω ἀπ' ἀλλήλων ἀφωκισμένον ἔτυχεν ὡς ἔστιν ἰδεῖν, τεκμαίρεσθαι μᾶλλον τι ἢ δυσχυρίζεσθαι δέοι ἄν. ἐντεῦθεν μὲν οὖν καὶ τὴν τε ἄνω Μυσίαν καὶ κάτω Μυσιάν φάναι καλῶς  
 B ἔχειν οἴονται ἐνιοί, ὡς τὴν ἄνω Μυσίαν οὐ τὴν ἐς τὰ ἄνω 5 τοῦ Ἰστρου ἀλλὰ τὴν ἐς τὸ πέραν τοῦ Ἰστρου ὠκημένην χώραν, τὴν δὲ κάτω Μυσίαν οὐ τὴν ἐς τὰ κάτω τοῦ Ἰστρου ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τοῦτο τοῦ Ἰστρου χώραν, ἔστε ἐπὶ Ἰταλίαν καθήκουσαν. τοὺς μέντοι Ἰουργάρους, οὓς κάτω Μυσίαν καλοῦσιν οἱ ἄμεινον Ἑλληνικῆς ἐπαίοντες φωνῆς, ἐπίσταμαι κα-  
 10 θῆκειν ἐπὶ τὸν Ἰστρον ἀπὸ τῆς Βιδίνης πόλεως ἔστε ἐπὶ Ἐυξείνου πόντου, ἐν Τρινάβῳ πόλει τὰ βασιλεία σφίσιν ἀποδεικνυμένους.

Τούτοις μὲν οὖν ὅποτε Ἀλέξανδρον ὁ τῆς Σερβίας κρά-  
 λης, ὁ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμών, ἐς τὴν βασιλείαν κατέστησεν, 15 ἔβασίλευε τε οὕτως ἐς ὃ δὴ τελευτήσας κατέλιπε βασιλέα τοῦ  
 C γένους τὸν παῖδα αὐτοῦ Σούσμανον, ἐφ' ὃν δὴ ἐστρατεύετο Ἀμουράτης ὁ Ὀρχάνεω. ἐπεὶ ἐς Τριβαλλοὺς ἐσέβαλε, καὶ μάχῃ κρατήσας αὐτῶν Φερρών τε ὑπηγάγετο πόλιν εὐδαίμονα, καὶ τὰ ἐς τὴν Ῥοδόπην χωρία καταστρεφάμενος μεγάλα ἀπε-  
 20 δεικνυτο ἔργα. Σαῖνῃ τε τὴν Φερρῶν ἐπιτρέψας πόλιν, ἀνδρὶ ἀγαθῷ, ἐστρατεύετο ἐπὶ Σούσμανον τὸν Μυσίας βασιλέα,

1. ἀπέμειναν P, ἐς ἀπέμυναν T  
 ἐπεὶ?

8. ἀλλὰ om P 18. ὅς

orbis terrarum tractum, qui propemodum inhabitabilis sit hominibus. illi itaque sive necessitate sive voluntate tracti, ad sui defensionem seorsim a reliquis segregati habitare instituerunt, ut videre est magis coniectanti quam veritatem rei pronuntianti. at hic sitam esse superiorem et inferiorem Mysiam, non eam regionem recte dici quae supra Istrum, verum quae ultra Istrum colitur; nec etiam inferior Mysia nuncupatur regio quae Istro subiecta est. ad istam regionem Istri, quae ad Italianam usque se porrigit, Bulgaros, quos inferioris Mysiae incolas perhibent et Graecam linguam callere aiunt, scio pervenisse a Bydena urbe usque ad Euxinum pontum, Trinabum urbem regni sui sedem decernentes.

Hos quidem Alexander, quem Serviae Triballorumque dux Charles regno praefecit, imperio rexit, donec moreretur, superstite filio Susmano, qui in paternum successit regnum. hunc bello aggressus est Amurates, Orchanis soboles. postquam autem castra in Triballos movit, eos praelio vicit; Pherrasque urbem opulentam in potestatem redegit, et loca Rhodopen spectantia in dicionem accepit, maximaque virtutis militaris patrabat opera. Saini viro optimo cum commisisset



καὶ συμβαλὼν αὐτοῦ ταύτῃ ἐτρέψατό τε τοὺς Μυσοὺς, καὶ  
 διέφθειρεν οὐ πολλοὺς, διασωθέντας ἐπὶ τὰ ἐς τὸν Ἴστρον  
 χωρία. διαπρῆσβενσάμενος δὲ πρὸς Ἀμουράτην Σούσμανος  
 ὁ Ἀλεξάνδρου σπονδὰς τε ἐποιήσατο καὶ συμμαχίαν, ὥστε  
 5 τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν τε καὶ φίλον νομίζειν, καὶ ἐπιγαμίαν ποιη-  
 σάμενος θυγατέρα αὐτοῦ, κάλλι τε ὑπερφέρουσαν καὶ ἀπὸ D  
 Ἑβραΐδος, ἣν ἠγάγετο τρωθεὶς, γεννηθεῖσαν, τῷ Ἀμουράτῃ,  
 ἐξέδοτο μέντοι καὶ ἑτέραν τῷ Ἑλλήνων βασιλεῖ, ὃς τηρικαῦτα V. 15  
 [τοῦ Ἑλλήνων] τὸν Καντακουζηνὸν ἀφελόμενος τὴν ἀρχὴν  
 10 ἐβασίλευε γένους τοῦ Ἑλληνικοῦ. ὁ μέντοι Καντακουζηνός,  
 ἐπεὶτε ἐβασίλευε παῖδας δύο ἔχων, τὸν μὲν νεώτερον Ἐμμα-  
 νουήλ ἔπεμψεν ἐς Πελοπόννησον ἡγεμόνα τῆς Σπάρτης, τὸν  
 δὲ πρεσβύτερον καθίστησι βασιλέα τοῖς Ἑλλησιν. Ἰωάννης δὲ  
 ὁ τοῦ Ἀνδρονικοῦ παῖς, ὡς ἐπὶ τὸ ἰκανὸν τῆς ἡλικίας ἀφί-  
 15 κητο, συνίστατό τε τοῖς Ἑλλησι καὶ συνετίθετο αὐτοῖς ὡς ἐπὶ  
 τὴν βυσιλείαν ἀφιζόμενος. ἔτυχε δὲ διαίτας ἔχων ἐν τῇ Μα- P. 19  
 κεδονίᾳ. οἱ δὲ Ἕλληνες ἀχθόμενοι τῇ διαίτῃ καὶ ὕβρει τοῦ  
 βασιλέως, ὡς ἕκαστος εἶχεν αἰτίας αὐτῷ, ἐπαγόμενοι ἀπὸ  
 Μακεδονίας τὸν νεανίαν ἐς τὴν βασιλείαν κατεστήσαντο. ὡς  
 20 δὲ ἐς τὴν βασιλείαν κατέστη, τὸν μέντοι Καντακουζηνὸν Να-  
 ζηραῖον ἐποιήσατο, Μαιθαῖον τοῦνομα. ὁ τούτου δὲ πρε-  
 σβύτερος παῖς, ὃν ἀπέδειξε βασιλέα τοῖς Ἑλλησιν, ἀφίκετο

1. ἐστρέψατο P      7. Ἀμουράτῃ ἐξέδοτο, ἐξέδοτο μέντοι ?

Pherras urbem, adversus Susmanum Mysiae regem arma cepit. tau-  
 dem cum Mysii manus conseruit; quorum interfecit paucos, cum  
 fuga evasissent inviolati ad loca Istro proxima. Susmanus inde le-  
 gatis missis ad Amuratem, qui pacem orarent, foedere icto in socie-  
 tatem acceptus est, ut deinceps hospes et amicus Amurati foret.  
 hinc et affinis Amurati factus est, data in uxorem filia sua forma ex-  
 cellente, ex Braide, quam uxorem vulneratus duxerat, prognatam:  
 alteram connubio iunxerat Graecorum regi, Andronico Ioannis filio.  
 Ioannes enim regno iam expulerat Cantacuzenum, qui puerum ipsum  
 gubernarat: cum arrepto Graecorum regno, filiorum quos habebat  
 alterum, Fmmanuelem natu minorem, misit in Pelepounesum, ut es-  
 set dux Mizithrae, quae olim Sparta; natu vero maiorem, Graecorum  
 regem esse iubet. Ioannes autem Andronici filius, cum iam eam  
 attigisset aetatem quae rebus gerendis idonea erat, conspiratione fa-  
 cta cum Graecis, rogavit ut regno praeficeretur. eodem autem tem-  
 pore rex in Macedonia agebat, luxuriosiore victu et intemperantiore  
 dissolutus. Graeci indignantes propter victus rationem dissolutiorem,  
 et convicia regi facientes, ut quisque habebat quod crimini verteret,  
 Ioanuem Andronici filium in Macedonia abductum communi assensu

μὲν τὰ πρῶτα ἐς Ῥόδον παρὰ τὴν ταύτη αὐτοῦ ἀρχιερέα, δεόμενος ἐπικουρίας τυχεῖν, καὶ ἐδεῖτο κατέγειν αὐτὸν ἐς Βτὴν βασιλείαν. καὶ πολλὰ προῖσχύμενος ὥστε οἱ γενέσθαι τιμωρίαν τινά, ὡς οὐδὲν εὖρατο ἐπιτήδειον, παρῆν αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐς Πελοπόννησον παρὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, τὸν ἡγεμόνα τῆς Σπάρτης, καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν δίαιταν ἐποιεῖτο. Ἰωάννης μὲν οὖν τῷ τε Ἀμουράτῃ νεωστὶ ἐς τὴν Εὐρώπην διαβάντι ζυμμαχίαν ἐποιήσατο, καὶ τὴν τοῦ Μυσῶν βασιλείως θυγατέρα ἡγάγετο ἐπὶ τῷ παιδί αὐτοῦ Ἀνδρονίκῳ, ἀφ' ἧς ἐγένοντο αὐτῷ παῖδες πρεσβύτερος μὲν 10 Ἀνδρόνικος, Δημητρίος δὲ καὶ Ἐμμανουήλ οἱ νεώτεροι, καὶ Θεόδωρος. καὶ Θεόδωρος εἶπετο τῷ Ἀμουράτῃ ὅποι ἂν στρατεύηται, καὶ φόρου τε ἐποτέλεις ἅμα ὄντες τῷ Ἀμουράτῃ, ἐπισπόμενοι ὅποι ἂν στρατεύοιτο.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ Δράγασιν τὸν Ζάρκου ἡγεμόνα 15 τὴν ἐν τῷ Ἀξιῷ ποταμῷ χώραν στρατευσάμενος κατεστρέψατο, ἐς φόρου τε ἅμα ἐπαγωγὴν, καὶ αὐτὸν οἱ στρατευόμενον ἐπεσθαι ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἐς τοσοῦτους τὸν ἀριθμὸν ἔχοντα ἰππέας. μετὰ ταῦτα Πόγδαρον τὸν ταύτη ἡγεμόνα ὑπαγόμενος ὥστε οἱ ἐπεσθαι σὺν τῇ αὐτοῦ στρα- 20

applausuque regem designant. in into regno Cantacuzenum in Nazaraeorum sive monachorum ordinem transtulit, quem mutato nomine Matthaeum appellavit. huius senior filius, quem pater Graecis regem destinabat, in Rhodum navigat, petiturus a sacerdote summo, quem magnum magistrum vocant, qui insulam regebat, auxilium, quo adiutus recuperaret amissum regnum. multis autem nequicquam perentatis, quibus in suas partes sacerdotem pelliceret, ut spem auxilii affulgere vidit nullam, ad fratrem suum iuniorem Emanuelem in Peloponnesum Spartae ducem iter flectit; apud quem vitae consuetudinem et necessaria habuit. Ioannes autem cum Amurate in Europam transgresso societatem contraxit, filioque suo Andronico Mysiorum regis filiam uxorem dat; ex qua sustulit filios. Andronicus quidem natus maximus, Demetrius vero et Emanuel et Theodorus nati minores erant. Theodorus autem sequebatur Amuratem, quocumque bellum avertisset. reliqui, quos modo diximus, vectigales et stipendiarii erant Amuratis, ipsumque comitari cogebantur, contra quoscumque expeditionem suscepisset.

His ita compositis exercitum contra Dragasem Zarci ducem movit, regionemque iuxta flumen Axium domuit, sibi que tributariam bellique sociam effecit. ducem quoque in potestatem accepit, quem sub se stipendia facere iussit, equitum impetrata manu non modica (1373). his praeclare gestis etiam Pogdanum eo loci regnantem debellavit; quem sub se merere cum exercitu, quem habuerat, voluit.

τιᾶ, μεγάλα ἀπεδείξατο ἔργα, ἐπιείκειαν μὲν κατὰ τὴν Κύ-  
ρου τοῦ Καμβύσεω ἐπιδεικνύμενος, καὶ ὡς μετριώτατά τε  
καὶ ἐλευθεριώτατα προσφερόμενος τοῖς ὑπ' αὐτὸν γενομένοις D  
ἡγεμόσι Τριβαλλῶν καὶ Μυσῶν καὶ δὴ Ἑλλήνων.

5 Κατὰ μὲν οὖν τὴν Εὐρώπην διατρίβοντι συχνὸν τινα  
χρόνον καὶ πρὸς τούτους ἔτι διαπολεμοῦντι ἀφίκετο ἀγγελία,  
τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ βαρβάρων ἡγεμόνας ἀλλήλοις συνθεμένους  
ἀποστῆσαι τε ἀπὸ Ἀμουράτεω χώραν οὐκ ὀλίγην αὐτοῦ, καὶ  
αὐτοὺς στρατιὰν συλλέξαντας ὄσῃ ἡδύνατο μάλιστα ταρά-  
10 ξαι τε τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πράγματα αὐτοῦ, καὶ χώρας τῆς ἐαν-  
τοῦ τὰ μὲν καταστρέφομένους τὰ δὲ καὶ πολιορκοῦντας οὐκ  
ἀνίεναι. ἐπεὶ τε δὴ τάχιστα ἐπύθετο, διαβὰς ἔειτο ἐπὶ τοὺς P. 20  
ἡγεμόνας παρουσκεασάμενος, καὶ ἐς τὰ ἔσχατα πειρασόμενος,  
ἧ ἑδύνατο κράτιστά, ὡς διαμαχοῦμενος. εὐρῶν δὲ τούτους  
15 ἐν Μυσίᾳ στρατοπεδευομένους παρετάξατο ἐς μάχην. οἷα δὲ V. 16  
μάχης ἐμπείρῳ πολλαχῆ γενομένῳ ἐμεμηγάνητο τοιοῦδε. λέ-  
γεται γὰρ ὡς ἐπεὶ θέρους ἦν ὥρα, καὶ ἡπίστατο μεσημβρίας  
ἐπιγιγνομένης ἐπιπνεύσειν ἐτησίαν ἄνεμον ἀπὸ ἰσπέρας. ταύτῃ  
δὲ παρεγγυῶν τῇ στρατιᾷ τὸ μέρος ἐκεῖνο κατὰ νότου λα-  
20 βεῖν, ἐς μάχην τε καθίστατο περὶ πληθουσαν ἀγοράν, καὶ  
συμμίξας τοῖς πολεμίοις ἐμάχετο ἰσχυρῶς. μάχης δὲ ἀμφοῖν  
ἰσορροῦπου γενομένης ἐπὶ λόφον τινὰ αὐτοῦ που λέγεται ἀνά- B

5. Διατρίβοντα P . 6. Διαπολεμοῦντα P

Amurates autem per omnia imitatus aequitatem Cyri Cambysis filii, maxima modestia et liberalitate tractabat duces Triballorum et Mysiorum Graecorumque, qui in suam potestatem concesserant.

Cum moratus esset longo tempore in Europa bello adstrictus, nuntiaturo suos in Asia praefectos coniuratione facta Asianos sollicitare ad defectionem, plurimamque regionem iam ab Amurate avertisse, conscriptisque exercitibus Asiae statum quam maxime conturbare, oppida quaedam capientes, quaedam vero oppugnantes non cessare. quamprimum haec certo accepit, transitum in Asiam parat, suosque ita instruit ut hostes quam potentissime contundere et profligare posset. cum hos deprehendisset in Mysia castra collocasse, copiis in aciem eductis tale excogitavit, ut qui esset summa rei militaris scientia praeditus, stratagemata. dicitur enim, cum aestatis esset tempus fervidissimum, Etesias ventos ab Occidente spirare. ibi autem suorum ordines ita disposuit ut ventum a tergo haberent praeliantes. hinc princeps praelium inibat, ubi hostium acies erat confertissima, irruens, et quam fortissime pugnans. cum autem praelium utrinque aequo Marte ferueret, ipse in editiorem tumulum conscendens, voce quam potuit maxima suos in hunc modum allocutus est. "ο commi-

castra sua locans. Caddusii ut intellexere hostem in ipsorum urbem  
contendere, palantes nullo ornatu et ipsi in suam urbem iter insti-  
tuere. Temires venientes ex insidiis adoritur; acieque instructa eos  
aggressus fudit, fustosque insequens ad urbem usque tractus, eam,  
cum aliquanto tempore oppugnasset, tandem cepit.

His ita peractis Arabiam bello petere statuit. Arabes genus ho-  
minum opulentum magnum et antiquum, nulli, quantum ad felicitate-  
m attinet, cedens, esse certo constat; multamque Asiae partem oc-  
cupat, utens mari quod Rubrum nominamus. est autem Arabum re-  
gio latissima et ad habitandum omnium Asiae regionum pulcherrima.  
viri iustissimi, et quantum ad religionem pertinet, sapientissimi eam  
tenent. creantes regem, non tyrannum, sed virum aequitatis aman-  
tissimum et maxime aequalitatem respicientem, eligunt. Arabici re-

λεια ἐν τῇ πόλει τῇ παρὰ τὴν θάλασσαν, . . . . καλουμένη,  
 μεγάλη τε καὶ πλουτίῳ προφέρουσα. ὁμορεῖ δὲ τῇ τε Αἰγύ-  
 πτω καὶ Περσῶν χώρα καὶ Ἀσσυρίων. ἀπὸ γὰρ Κολχίδος  
 D καὶ Φάρουα χώρας ἐς τὴν θάλασσαν τὴν ἐς τὴν κοίλην Συ-  
 ρίαν, ἐς τὴν Λαοδίκειαν καλουμένην πόλιν, εἴη δ' ἂν ὁδὸς 5  
 ἡμερῶν . . . . ἀνδρὶ εὐζώνῳ πεζῇ διαπορευομένῳ τὴν χώ-  
 ραν, καὶ τὸ ἐντευθεῖν τῆς κάτω Ἀσίας ὥσει χειρρόνησον γεγε-  
 νῆσθαι, καὶ τὴν τε Ἀραβίαν ἐκτὸς γίνεσθαι τῆς Ἀσίας. ἔστι  
 δὲ ἡ χώρα αὕτη ἐπίφορος, καὶ δένδρων τε καὶ φοινίκων πε-  
 πληρωμένη, καὶ ἐν μέσῳ δυοῖν ποταμοῖν περιόρουτος γενομένη 10  
 καρπούς τε ἐκφέρει ὑπερφυεῖς τῷ μεγέθει καὶ πολλαπλασί-  
 ονους, ὥστε εὐδαίμονα ὑπὸ τῶν παλαιότερων κεκληθῆσθαι ἄν-  
 δρῶν. διὰ ταῦτα ἐπὶ ταύτην τὴν Ἀραβίαν, ὅτι Καδδου-  
 P. 64 σίοις ὑπ' αὐτοῦ πολεμουμένοις συνεμάχει αἰτιασάμενος, ἐστρα-  
 τεύετο. καὶ δις μὲν ἐμαχέσατο τῷ Ἀράβων στρατεύματι, 15  
 καὶ οὐδ' ὡς ἠδυνήθη τρέψασθαι. μετὰ δὲ διαπρεσβευσά-  
 μενος, ὥστε στρατιὰν δοῦναι καὶ φόρον ἀπάγειν τοῦ ἔτους,  
 ὅσον ἂν σφίσιν ἐπιτάττοι, σπονδάς τε ἐποίησατο καὶ τὸ . . . .  
 ἐπ' αὐτὸν Ἀράβων πρέσβεις, οἳ καὶ ἀφικόμενοι προΐσχυοντό  
 τε τὴν χώραν τοῦ ἥρωος μὴ λεηλατεῖν, καὶ ἐδέοντο σφᾶς, 20  
 αἵτε γένος τε ὄντας τοῦ νομοθέτου, καὶ πατέρας εἶναι τῶν ἐς  
 τήνδε τοῦ ἥρωος τελούτων θρησκείαν. νομίζεται δὲ τοῦτο  
 τὸ γένος εὐσεβές τε καὶ ἅγιον, ὅτι τε προῆλθεν ἐκ τῆς χώ-

16 καὶ ὄδ' ὄς P

gni sedes est urbs iuxta mare sita, quam vocant, magna opibusque  
 vicens. finitima est ea gens Aegypto, et Persarum Assyriorumque re-  
 gionem attingit. nam a Colchide et Pharus regione ad mare quod  
 porrigitur in Coelesyriam, usque ad urbem Laodiceam dictam, fuerit  
 iter dierum viro expedito, pedestri itinere regionem transeunti. hinc  
 inferioris Asiae istam partem scimus in Chersonesi formam redigi,  
 Arabiamque extra Asiam relinqui. est autem Arabia plurimis arboribus  
 palmisque consita, et in medio duorum fluminum sita, ab utroque  
 undique alluitur. fructus profert supra modum tum magnos tum  
 multiplices. hinc veteres occasionem sumentes eam felicem appella-  
 vere. hanc regionem armis infestis aggressus est Temires, incolis cri-  
 mini dans operam strenue navatam Caddusiis, cum eos bello statuis-  
 set domare. bis conflictit cum Arabum exercitu, cumque eos victos  
 dare non posset, legatos mittens, militibus tributoque, quod quotau-  
 nis penderent, imperatis, pacem cum eis fecit. ea tempestate, prius-  
 quam in foedus coiretur, Arabum legati ad Temireum accessere, po-  
 scentes ne regionem herois, qui et ipsi de genere legislatoris essent,  
 vastare pergerent. huic orationi adiciebant, ut velint esse patres



ρας αὐτῶν Μεχμέτης ὁ νομοθέτης, καὶ σὺν τῷ Ὀμούρη τὴν Β νομοθεσίαν δέξαμένῳ ἐπὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν προσεληλύθεισαν, μεγάλα ἀποδειξάμενοι ἔργα.

Ὁ μέντοι νομοθέτης τούτων ὁ Μεχμέτης παῖς λέγεται 5 γενέσθαι Ἀλίῳ, ἀπὸ Ἀραβίας τῆς εὐδαίμονος. ἐκθέμενον δὲ τὴν νομοθεσίαν αὐτοῦ ἀρχὴν μέντοι μηδὲν βιάζεσθαι, ἀναπείθοντά τε τοὺς Ἀραβας καὶ Σύρους μετὰ ταῦτα· μετὰ δὲ ταῦτα προσλαβόμενον τοῦ Ἀλίῳ δυνάστου τε τῆς χώρας καὶ ἐπιτηδείου αὐτῷ, ὡς μάλιστα ἐπιόντα, προσάγεσθαι αὐτῷ 10 ἐς τὴν νομοθεσίαν, ὅποι ἂν ἐπύη, τοὺς τὴν χώραν οἰκοῦντας. ἀνεί τε τὴν νομοθεσίαν ἔστε τὴν ἱερασιάνην καὶ τὴν τοῦ θείου βακχεῖαν μέντοι, συνεχῆ δὲ ὡς μάλιστα μελέτην. νομίζεται γὰρ αὐτῷ τετράκις τῆς ἡμέρας προσεύχεσθαι τῷ θεῷ, ὑπ' οὐδενὸς κωλυόμενον εἰς τοῦτο, ὥστε μὴ προσεύξα- 15 σθαι. τῇ δὲ τῆς Ἀφροδίτης ἡμέρᾳ κοινῆ τε ἅπαντας ἐς τοὺς ναοὺς ἰόντας προσεύχεσθαι νομίζεται, μηδ' ὅτιοῦν μήτε ἄγαλμα μήτε ἄλλο τι τῶν γεγραμμένων προσλαβόμενον σφίσι ἐς τὴν προσευχὴν ἐν τοῖς ναοῖς. ἱερεῖς τε σφίσι καθιστώ- 20 ντες, ὥστε πρὸ τοῦ ναοῦ ἐς περιωπὴν τινα πύργον πεποιημέ- V. 51 νον ἀναβαίοντα προσεύχεσθαι τῷ θεῷ μεγάλη φωνῆ καὶ αἰετὺς νομιζομένας εὐχὰς ποιῆσθαι κεκραγῶτα γεγωνότερον. ἐς μὲν οὖν τὴν προσευχὴν αὐτοῦ γένος δὲ τοῦτο ἴομεν ἐς τὰ D

eorum qui herois religionem sectentur. gens illa non profana, verum sacra sanctaque creditur, quia edidit Mechemetem legislatorem, qui illis stipatus, ut qui eius suscepissent leges, progressus sit ad Asiae imperium, cum Arabes ubique magna virtutis ostenderent facinora.

Aiunt legislatorem Mechemetem fuisse filium Haliis, Arabiam felicem incolentis. initio legislationis suae nihil vi egit, sed persuasione primum Arabes, deinde Syros cepit. postea in suam sententiam traduxit Haliem regionis administratorem, qui cum ipsi foret intima familiaritate coniunctus, facile omnes terrae suae incolae Mechemetis leges suscipere coegit. leges enim istae nihil aliud quam quietem et numinis quendam furorem perpetuamque meditationem continebant. nam inter caetera lex est ut quater diurno tempore deum adorent; nec sinant, quaecunque tamen inciderint, ab ista lege se avocari. veneris die omnes uno consensu frequentes in templa comitant, orationibus operam dantes. legem habent, quae edicit ut nullam imaginem neque aliam picturam in templa admittant, precationem ad deum transmittentes. eligunt sacerdotes, de quorum grege unus extra templum in turris pinnaculum ad id comparatum ascendit magnaque voce deum adorat. preces solemnes semper maiore voce peragere solent. hoc modo Turci preces suas concelebrant; at-

μάλιστα ἐντεταμένον, μηδ' ὀτιοῦν ἀνιέναι προσδεχομένους·  
 ἐς δὲ τὰ ἄλλα τὰ τε ἐς δίαίταν καὶ ἐς τὸν βίον αὐτοῖς οὔτε  
 κεκολασμένον νομίζεται, ὥστε μὴ ἐς τὸ τοῦ βίου ἡδὺ πολι-  
 τεύεσθαι· οὕτω τὴν φύσιν μηδαμῆ βιάζεται. γυναῖκας μὲν  
 γὰρ ἄγεσθαι, παλλακίδας μέντοι ἀπὸ ἀνδραπόδων, ὅσας ἂν  
 ἕκαστος οἷός τε εἶη τροφὴν παρέχεσθαι ἐς τὸν βίον. γυναῖ-  
 κας δὲ κουριδίας ἄγεσθαι ἐς τὰς πέντε, καὶ τοὺς τε ἀπὸ ἀν-  
 δραπόδων παῖδας νομίζεσθαι σφίσι οὐ νόθους. ἂν δὲ ἀπὸ  
 παλλακίδων ἐλευθέρων γένωνται σφίσι παῖδες, νόθοι τε αὐ-  
 P. 65 τοῖς νομίζονται, καὶ οὐκ εἰς τὴν πατρῴαν οὐσίαν εἰσέρχον- 10  
 ται. ὠνοῦνται δὲ καὶ τὰς κουριδίας, ὅσων ἂν τις βούλοιο  
 ἐκδοῦναι τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα. λαμπάδων δὲ προενηνεγμέ-  
 νων σφίσι ἐς τοὺς γάμους ἄγονται τὰς γυναῖκας. ἂν δὲ  
 ἀχθεσθεῖς τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ ἐπέιπῃ τοῦ λοιποῦ ἀπὸ τριῶν  
 σπληνῶν ἀποσχέσθαι αὐτῆς, ἥδη ἠλλοτριῶται τῷ λόγῳ ἢ γυνῇ 15  
 τοῦ ἀνδρός. νομίζεται δὲ αἰσχιστον, ἣν ἂν τις ἀποπέμψῃται,  
 αὐτῆς αὐτὴν ἀγαγέσθαι· ἂν δὲ μὴ ὑπὸ ἑτέρου μοιχευθῆ,  
 οὐκ ἔξεστιν ἀγαγεῖν. οἶνω δὲ χρῆσθαι ἀθέμιτον ἀπαγορεύει  
 τῷ γένει τούτῳ, καὶ μὴ λουσάμενον μὴ ἔξεῖναι αὐτῷ ἐς τὴν  
 B προσευχὴν ἰέναι. δεκατεῖαν δὲ τινα ἐξελλόμενος τῷ θεῷ τοῦ 20  
 ἔτους, ἐς νηστείαν αὐτοῦς προάγεται ἐς τριάκοντα καὶ ἐπέ-

11. ὅσων P

14. ἀχθεσθείη P

que tanta utuntur diligentia in iis perficiendis, ut interim nihil vel  
 laboris vel alterius rei suscipiant, quo minus ipsae interrumpantur.  
 quantum ad caetera, videlicet ad victus rationem et ad reliquum vi-  
 tae modum attinet, constat eos nullis inhiberi poenis: adeo feruntur,  
 quo minus voluptariam sectentur vitam, affectibus nunquam non ob-  
 temperantes. uxores enim ducunt, pellicesque ex mancipiorum grege  
 numero tot diligunt quotquot quilibet alere potest: uxores autem  
 virgines accipiunt nemine prohibente, donec quinque sibi copulave-  
 rint. liberos ex mulieribus captivis natos non spuriorum numero habent.  
 sin autem ex pellicibus liberos ferant, eos spurios censent, nec  
 paternae hereditatis participes sunt. mercantur virgines, quando quis  
 suam vult elocare filiam. faces ipsis praeferuntur, quando nuptiale  
 festum celebrant. maritus si parum dextre erga uxorem fuerit affe-  
 ctus, edicit se a tribus splenibus ab ipsa avellendum. si ad istum  
 modum uxor repudiata fuerit a viro, turpissimum esse creditur eam  
 quam repudiaverit recipere. nec recipere eandem nisi ab alio adul-  
 terio inquinatam licet. vino uti nefas ducunt Turci. nec audet ali-  
 quis de isto genere, nisi lotus, frequentare orationes. etiam decimas  
 quasdam quotannis seponunt deo. ieiunium Mechemetes imperavit isti  
 hominum generi, quod durat triginta diebus aut etiam amplius. die-  
 bus istis omnibus nihil vel esculenti vel poculenti admittunt. ve-

κείνα ἡμέρας. τῆς μέντοι ἡμέρας ὅλης μηδ' ὀτιοῦν προσίε-  
 σθαι μήτε τροφῆς μήτε πόσεως, ἑσπέρας δέ, ὅταν ἄστρα  
 φαίνηται, σιτιζέσθαι· πάντων δὲ μάλιστα τὸν χρόνον τοῦτον  
 μὴ ἐξεῖναι οἴνου πιέσθαι τὸ παράπαν. περιτέμνεσθαι δὲ τὸ  
 5 αἰδοῦν χρῆναι παντάπασιν. Ἰησοῦν δὲ θεοῦ τε ἀπόστολον  
 γενέσθαι νομίζει, καὶ ἐξ ἀγγέλου τοῦ Γαβριὴλ καὶ ἐκ τῆς  
 Μαρίας, παρθένου τε οὔσης καὶ μηδενὶ ἀνδρὶ συγγενομένης,  
 γεννηῆσαι Ἰησοῦν, ἥρωά τινα μείζω ἢ κατὰ ἄνθρωπον· καὶ  
 ἐς τὴν τελευταίην τοῦδε τοῦ κόσμου, ἐπειδὴν ἐς κρίσιν τῶν  
 10 σφίσι βεβιωμένων καθιστῶνται οἱ ἄνθρωποι, τόν γε Ἰησοῦν C  
 φασὶν ἄγεσθαι διαιτητὴν τοῦ κόσμου. σὺς δὲ μὴ ἄπεισθαι  
 θέμις εἶναι, καὶ τὰ γε ζῶα πάντα ἐσθίουσιν, ἂν μέντοι ἐπὶ  
 σφαγῆν γένωνται. θεὸν μὲν οὖν ἓνα ἐφιστῶσι τῷδε τῷ παντί,  
 ὑπηρέταις δὲ χρῶμενον τοῖς πυρίνοις, ἧ φασί, νόοις. πεπομ-  
 15 φρέναι δὲ Μεχμέτῃ ἐς τὰ ἐλλιπῆ τοῖς πρότερον ἐπιπεμφθεῖσιν  
 ὑπὸ θεοῦ ἐς τὴν οἰκουμένην νομοθέταις. καθαρσιν δὲ ἡγοῦν-  
 ται τὴν τε περιτομὴν σφίσι πάντων δὴ μάλιστα, ἐν ἧ καὶ  
 γάμους ποιοῦνται. ταρὰς δὲ αὐτοῖς παρὰ τὰς ὁδοὺς νομιζε-  
 ται γίνεσθαι, καὶ μηδὲν ἄλλο ἐξεῖναι θάπτειν. θάπτουσι δὲ  
 20 λούσαντες καὶ ξυρῶ ἅμα τὸ σῶμα. νομίζεται δ' ἔτι καὶ τό- D  
 δε, ὃς ἂν μὴ πείθεται τῷ νόμῳ, τελευταῖν τῷ σιδήρῳ. Ἀρ-  
 μενίους δὲ μόνους τῶν ἄλλων ἐθνῶν διαφερομένων σφίσιν  
 ἐς τὴν θρησκείαν οὐκ ἀνδραποδίζεσθαι, ὡς Ἀρμενίων τινι

spere demum, ubi iam coruscarint astra, ad cibum capiendum con-  
 gregantur. nulli autem licet, isto praesertim tempore, vinum gustare  
 prorsus. mentulam totam circumcidere solent. confitentur Turci Ie-  
 sum dei esse apostolum. deum etenim ex angelo Gabriele et Maria  
 virgine, quae nullum cognoverat virum, Iesum genuisse, heroa quen-  
 dam homine maiorem sive augustiorem. in novissimo die, quando  
 universale iudicium peragetur, aiunt Iesum mundi iudicem sive ar-  
 bitrum fore. suem attingere Turci haud fas arbitrantur. reliqua ani-  
 malia edunt, si mactata fuerint. deum universi esse moderatorem  
 haud ambigunt, dicentes eum uti ministris mentibus, ut vocant, igni-  
 tis. existimant autem Mechetem venisse missum a deo, ut ea re-  
 plerentur in quibus defectum patiebantur prisca a deo prodeuntes  
 legislatores. circuncisionem iudicant esse purgationem omnium prae-  
 cipuam: proinde circuncisionis tempore nuptias contrahunt. solet  
 istud hominum genus sepulcra iuxta vias collocare, nec in ullo alio  
 loco sepelire licet. sepulturae autem mandant cadavera lota et omni  
 a parte rasa. est et alia lex, quae iubet parere legislatori: non ob-  
 temperantem gladio ultore ferit. ex Armeniis solis, quamvis ab ipsis  
 in religionis negotio dissentiant, mancipia non rapiunt, quia Arme-

προειρηκότι τὸ [γὰρ] κλέος αὐτοῦ ἐς τὴν οἰκουμένην ἐσόμε-  
νον. διὰ τοῦτο μὴ ἐπιτρέπειν ἀνδραποδίζεσθαι Ἀρμενίους.

Ταῦτα μέντοι ἐς τὴν νομοθεσίαν ἀποδεδειγμένους αὐτῷ  
V. 52 ὡς πλεῖστον τῆς οἰκουμένης κατέχειν μέρος, καὶ ἐπὶ μέγα  
ἐλθεῖν ἔσσι τὴν Ἀσίαν καὶ ἐς τὴν Λιβύην καὶ ἐς μοῦραν 5  
τῆς Εὐρώπης οὐκ ὀλίγην, τὴν ἐς Σκύθας τε καὶ τοὺς νῦν  
P. 66 Τούρκους, καὶ ἐς τὴν Ἰβηρίαν τοὺς γε Λίβυας. λέγεται δὲ  
τελευτῆσαι ἐπὶ παιδὶ Ἀλίῃ βασιλεύοντι Ἀραβίας· ἐκεῖνόν τε  
γὰρ ὡς νομοθέτην προσέμενόν τε, καὶ πειθόμενοι αὐτῷ, ἐφ'  
ὃ τί γε ἂν ἐξηγοῖτο, ἐπέτρεψάν τε αὐτῷ τὰ πράγματα καὶ 10  
σφᾶς αὐτοὺς χοῦσθαι ὅπως ἂν βούλοιο. μετὰ δὲ ταῦτα  
στρατόν τε συναγείρας ὡς πλεῖστον, ἐπήει τῆς τε Αἰγύπτου  
καὶ τῆς ἄλλης Ἀραβίας ἔστιν ἃ κατιστρεφόμενος, καὶ τὴν  
ψάμμον διαβὰς τῆς Ἀραβίας τὰ τῆδε αὐτοῦ ἔθνη ὑπηγά-  
γετο. βασιλεύσας ἔτη . . . ἐτελεύτησε δὲ ἐν χωρίῳ τινὶ 15  
Μεκέ, οὕτωςι καλουμένῳ. καὶ ὃ τε στρατὸς καὶ οἱ τὴν χώ-  
B ραν οἰκοῦντες ἔθαιψαν αὐτὸν μεγαλοπρεπῶς καὶ ἐπένθησαν  
μεγάλως. καὶ τελετὰς αὐτῷ ποιοῦνται οἱ Ἀραβες ἀνὰ πᾶν  
ἔτος ὡς ἤρωί τε καὶ ὑπὸ Θεοῦ τάχα ἐς τὴν νομοθεσίαν σφί-  
σιν ἀνδρὶ εὐαγεῖ ἀποδεδειγμένῳ. τὰ τε ἐς τὴν νομοθεσίαν 20  
ἐπεικῆ τε καὶ οὐ τυράννῳ γενομένη οὕτως γεγενῆσθαι.

Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησεν, Ὁμούρης ὁ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ

nus quidam vaticinatus est gloriam Mechemetis per universum orbem  
propagandam. estque haec unica causa, viri honori id tribuentes,  
quod nulla ab Armenis mancipia abducant.

Haec quidem ubi Mechemetes legibus sanxisset, plurimam orbis  
partem occupavit. in Asia Libya et Europae regione non modica,  
quae se extendit ad Scythas et ad eos qui hodie sunt Turcos, usque  
ad Iberiam non parva Mechemetis extitit auctoritas. mortuus esse  
traditur filio suo Aliae Arabiam regente. hunc enim legislatorem ubi  
promptis animis assumpsisset, ei obedierunt in omnibus, quocumque  
tandem ipsos eduxisset. etiam rerum suarum summam isti commise-  
runt, ut ipsis pro suo arbitrio uteretur. hinc copias contraxit pluri-  
mas, quas contra Aegyptum duxit, et reliquae Arabiae quaedam sub-  
egit. transiens autem loca arenosa Arabiae, gentes ibi morantes suo  
imperio adiunxit. cum regnasset annis \* \* defunctus est in loco  
quodam cui nomen est Mecha. milites regionisque incolae magnifice  
exequias duxerunt et graviter eum luxere. quotannis in eius hono-  
rem sacra faciunt Arabes. heroa etenim quendam eum esse putant,  
eundemque ut virum sanctum a deo ordinatum, ut ipsis leges ferret,  
quem in dandis legibus non tyrannum, at virum quendam aequitatis  
vel in primis amantem iudicarunt.

Mortuo Mechemete, Homures discipulorum spectatissimus a filio



δοκιμώτατος, ὑπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν παραδεξάμε-  
 νος, καὶ τὸν στρατὸν ἅμα ἀγόμενος, πρῶτον μὲν ἐπὶ Συρίαν  
 ἐλαύνων τὴν τε χώραν ὑπηγάγετο, τὰ μὲν πολεμῶν τὰ δὲ  
 ἀναπεύθων τε, σπενδόμενος ἐπὶ ῥητοῖς. μετὰ δὲ ταῦτα Κί-  
 5 λικὰς τε ἐχειρώσατο καὶ Φρύγας καὶ Μήδους τε καὶ Ἴωνας, C  
 πρὸς δὲ καὶ τὰ ἄνω τῆς Ἀσίας ἐπιὼν κατεστρέφετο, τὴν τε  
 νομοθεσίαν ἐπιβεβαιούμενος τοῖς ἀνὰ τὴν Ἀσίαν ἔθνεσι τῶν  
 βαρβάρων, καὶ τῶν ξυμμαθητῶν αὐτοῦ ἕστινας ἄλλους ἄλλη  
 διαπέμπων, πείθειν τε πειρώμενος. καὶ τάφον τῷ Μεχμέτῃ  
 10 πολυτελεῖ κατασκευασάμενος αὐτοῦ ὑπερεγένετο. τελετὰς τε  
 ἐπετέλει αὐτῷ μεγάλας τε ἀνὰ πᾶν ἔτος, καὶ τοὺς ἄλλους  
 ἐπειθεν αὐτῷ τε προσεύχεσθαι καὶ ἐς τὸν τάφον αὐτοῦ φοι-  
 τῶντας δικαίους γίνεσθαι· καὶ νῦν ἀπὸ τε τῆς Ἀσίας καὶ  
 τῆς Αἰθύης καὶ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης δὴ οὐκ ὀλίγοι ἰόντες ἐς  
 15 τὸ μνημα τοῦ Μεχμέτεω μέγα τε σφίσιν οἴονται ἐς εὐδαι- D  
 μονίαν αὐτοῖς φέρειν τὸ τοιοῦτον. πορεύονται δ' οἱ μὲν, οἱ  
 δὲ ἀργυρίου τελοῦσι τοῖς ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν βουλομένοις ἰέ-  
 ναι. ἔστι δ' ἡ ὁδὸς χαλεπωτάτη ἰέναι διὰ τὴν ψάμμον, ἐπὶ  
 καμῆλων δὲ τὴν τροφήν φερουσῶν καὶ τὸ ὕδωρ· ἀφθόνως  
 20 γὰρ οὐκ ἔχουσι χρῆσθαι αὐτῷ τὸ παράπαν. καὶ οὕτω δὴ  
 τὰ ἐπιτήδεια συσκευασάμενοι σφίσιν ἀναβαίνουσί τε ἐπὶ τὰς  
 καμῆλους, σημειοῖς διαχρώμενοι ἐς τὴν πορείαν ταῖς τοῦ μα-

2. ἐλόμενος T . 3. τὰ δὲ] τὰ τε P . 18. ἔσθαι RT

eius regni moderamen accepit, assumptoque exercitu contra Syriam profectus est, regionemque plurimam partim vi partim persuasione foederibusque in dicionem acquisivit. hinc in dicionem venere Cilices Phryges Medi et Iones. ad haec suo imperio admovit quasdam superioris Asiae regiones. in religione sua gentes Asiae barbaras confirmavit, et quosdam discipulorum suorum in alias regiones dimisit, cupiens easdem in suam religionem recipere suadela. sepulcrum quoque pretiosum in honorem Mechmetis adornans ibi manebat. sacra quoque magna quotannis in honorem Mechmetis fieri procuravit. persuasit aliis plurimis ut Mechmetem adorarent. eos quoque iustos fieri asseverabat qui ipsis sepulcrum inviserent. etiam hodie non pauci ab Asia et Libya Europaque Mechmetis sepulcrum adeunt, putantes se hinc maximum colligere religionem et probiores fieri. quidam ex ipsis istam peregrinationem ingrediuntur: quidam argentum numerant iis qui pro ipsis peregrinationem suscipiunt. via autem quae ad sepulcrum ducit, est asperrima et difficillima. eundem enim est per arenam, non citra camelorum alimenta portantium opem. nee aqua, qua utantur, ad manum prompta est sufficiens omnino. in hunc igitur modum necessaria praeparantes camelos conscendunt,

γνήτου ἀποδείξουσιν, ἧ δὴ ἀπὸ τῆς ἄρκτου ἐπιλεγόμενοι ὅποι  
 τῆς οἰκουμένης ἴεσθαι δεῖ αὐτούς. τούτω τεκμαιρόμενοι τὴν  
 P. 67 ὁδὸν διαπορεύονται. ἐπειδὴν δὲ ἀφίκονται ἐς χώρας αὐθις  
 τινὰς ἐν οἷς ἔνεστιν ὕδωρ, ὕδρευσάμενοι αὐ ἐντεῦθεν ἀπιῶ- 5  
 σι, καὶ ἀφικνοῦνται ἡμέραις τεσσαράκοντα τὴν ψάμμον δια-  
 βάντες ἐς τὸ σῆμα τοῦ Μεχμέτεω. λέγεται δὲ τὸ σῆμα τοῦτο  
 ὑπὸ λίθων πολυτελεσταίων κατασκευασθῆναι, καὶ ἐν μέσῳ  
 τοῦ ναοῦ τὸ σῆμα μετεωριζόμενον ἀπαιωρεῖσθαι. ὅπερ ἀπί-  
 θανόν μοι δοκεῖ. διέχει δὲ ἀπὸ τοῦ χώρου τούτου, ἐν ᾧ τὸ  
 V. 53 σῆμα αὐτοῦ, ἐπὶ τοὺς ὡσεὶ σταδίους ἐνενήκοντα, καὶ ἐξίόν- 10  
 τες ἐντεῦθεν ἔνται ἐπὶ τὸν χώρον τοῦτον. τοὺς τε νόμους  
 αὐτοῦ καὶ τὰ Ἄλκωρὰ ἐπέθειται, τῆ τε ἀθανασία τιθέμενοι  
 Β τῆς ψυχῆς. ἀγνωμοσύνης οὐδέν τι πάνυ οἴονται μετεῖναι  
 τῷ θεῷ.

Ταῦτα μὲν οὖν τὴν τοῦ Μεχμέτεω νομοθεσίαν ἐς το- 15  
 σοῦτον ἀναγεγράφθω ἡμῖν. Τεμήρης δ' ὡς τὴν χώραν ταύ-  
 την ληισάμενος, καὶ πόλεις ἐλὼν ἐνίας, ὑπεκομίζετο ἐπὶ Σε-  
 μαρχάνδης. Σκύθας δὲ ὠρμημένους ἐπνυθάνετο ἀπὸ Ταναΐ-  
 δος τὴν τε χώραν αὐτοῦ ἐπιδραμεῖν καὶ ληίσασθαι οὐκ ὀλί-  
 γα· χαλεπῶς δὲ ἔφερεν. ἐντεῦθεν δὲ αὐτίκα ἴετο ὁμόσε ἐπὶ 20  
 τοὺς Χαταΐδας. λέγονται δὲ οὗτοι εἶναι Μασαγέται τὸ πα-  
 λαιόν, καὶ διαβάντες τὸν Ἀράξην τῆς ἐπὶ ταύδε τοῦ ποταμοῦ

8. ὅπερ — δοκεῖ om RT

13. τῆ ψυχῆ P

15. οὖν ἐς τὴν?

utentes signis quae viam commonstrent, magnetis demonstrationibus. colligentes igitur ab septentrionali plaga, qua orbis parte eundem sit, eo viam coniectantes pergunt. ubi autem accesserint loca in quibus aquarum fuerint scaturigines, aquantes inde abeunt; transitaque arena intra quadraginta dies ad Mechemetis corpus perveniunt. sepulcrum eius compertum habeo extractum esse ex lapidibus pretiosissimis, et sublime pendere in medio templo. intervallum autem eius loci ubi sepulcrum conspicitur, usque ad hunc locum stadia continet circiter nonaginta. inde egressi ad eum locum contendunt, ibi siquidem leges et Alcorae explicantur. animae quoque immortalitatem astruunt. nec uumini ignorantiam adscribunt.

Haec quidem hactenus, quantum ad Mechemetis religionem attinet annotavimus. Temires autem cum regionem populationibus afflixisset urbesque aliquot occupasset, Semarchandam se contulit. Scythas acceperat profectos a Tanai in regionem suam impetum fecisse, praedasque egisse non modicas; quam quidem rem gravissime tulit. hinc recta iter instituit contra Chataidas, iis pestem minitans. hi antiquitus Massagetae exstitisse creduntur, et trajecto Araxe regionis partem flumini adiacentem non modicam occuparunt; in qua et se-

χώρας ἐπὶ πολὺ διεξελθεῖν, καὶ ὑφ' αὐτοῖς ποιησαμένους  
 ἐνοικῆσαι. τούτους παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν, καὶ στρατεύμα  
 ποιησάμενος ἐς ὀγδοήκοντα μυριάδας ἐστρατεύετο ἐπ' αὐ- C  
 τοῖς. καὶ συμβαλὼν μάχῃ τε ἐκράτησε τοὺς Χαταΐδας,  
 5 καὶ ἐπὶ τὴν ἀγορὰν αὐτῶν τούτων καὶ ἐπὶ τὰ βασίλεια ἐλαύ-  
 νων ὁμολογία τε παρεστήσατο, καὶ μισθωσάμενος παμπόλλους  
 αὐτῶν, τοὺς γε κραιτίστοις τὰ ἐς πόλεμον γενομένους, ἤχετο  
 ἄγων. ὁμήρους δὲ λαβὼν καὶ τῶν ἀρίστων τοὺς παῖδας,  
 καὶ φόρον ταξάμενος τούτοις ἀπάγειν τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἀπή-  
 10 λανθε. τὰ δὲ Χαταΐα πόλις ἐστὶ πρὸς ἕω τῆς Ὑρκανίας με-  
 γάλῃ τε καὶ εὐδαιμών, πλήθει τε ἀνθρώπων καὶ ὄλβῳ καὶ  
 τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ προσφέρουσα τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεων  
 πλὴν Σεμαρχάνδης καὶ Μέμφιος, εὐνομονυμένη δὲ τὸ παλαιὸν  
 ὑπὸ Μασαγειῶν. τῶν μέντοι Περσῶν τοὺς πλείστους μισθω- D  
 15 σάμενος τούτους, οἷα τῶν τε Σκυθῶν ἐμπείρους ὡς τὰ πολλὰ  
 γενομένους καὶ τὰ ἐς τὴν δίαίταν οὐκέτι ἀβροὺς ὄντας, ἐν νῶ  
 ἔχων ἐπὶ Σκύθας στρατεύεσθαι, ἐπὶ τὴν ἀγορὰν αὐτῶν τὴν  
 Οὐρδὰν καλουμένην, καὶ πυνθανόμενος ὡς εἶη τε τὸ γένος  
 τοῦτο παλαιότατόν τε τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἔθνων, καὶ  
 20 οὐδένα ἔτι πρὸ αὐτοῦ βασιλέων χειρώσασθαι τοῦτο τὸ γένος,  
 κακὰ δὲ ὡς πλείστα ἐργασάμενον ποιῆσαι τὴν τε Ἀσίαν καὶ  
 Εὐρώπην, ἐπιδρομῇ τὰ πλείω ταμιευόμενον τῇ χώρᾳ. ταῖτι

des suis fixerunt. hos domare parabat Temires. proinde comparato  
 exercitu, qui complectebatur octoginta myriades hominum, bello eos  
 aggrediebatur. collatis tandem signis, praelio vicit Chataides. de-  
 hinc arma contra Agoram regnique eorum sedem ferens, pactionibus  
 eam in deditionem accepit. conductis quoque inde mercede plurimis  
 et optimis militibus victor discedebat. etiam obsidibus acceptis, im-  
 peratoque tributo annuo, domum reversus est. Chataia urbs est Hyr-  
 caniae, versus Orientem, magna et opulenta: multitudine hominum  
 et divitiarum copia reliquaque felicitate superat reliquas, praeter Se-  
 marchandam et Memphim, Asiae urbes. optimis legibus eam funda-  
 vere iam olim Massagetarum. mercede itaque sibi paravit Temires Per-  
 sarum plurimos, ut qui essent gnari rerum Scytharum, quia plerum-  
 que cum his conversarentur nec amplius forent in victus ratione de-  
 licatuli. his munitus animo agitabat vim belli vertere omnem in  
 Agoram eorum, quam Urdam nominant. audiens autem eam gentem  
 omnium quas orbis habet esse antiquissimam, nec ullum qui prae-  
 cesserant regum domare eam quivisse, quamvis magna damna dedis-  
 sent Europae Asiaeque suis incursionibus, et hinc plurimas corrasis-  
 sent opes, eo magis ad eam expeditionem accendebatur. praeterea  
 animo versans etiam Darium Hystaspis filium regem electum, et arma

δὲ ἐπὶ νοῦν τιθέμενον, καὶ ὡς *Λαρεῖω* τῷ Ὑστάσπεω βασιλεῖ  
 P. 68 γενομένῃ Περσῶν καὶ ἐπιστρατεύσαντι αὐτοὺς οὐδέν τι προ-  
 χώρησεν, ὥρμητο αὐτὸς ἐπὶ τοῦτο τὸ κλέος ἵεναι. ὥστε δὲ  
 αὐτῷ ἔχεοθαί τε τοῦ ἔργου ἐγγυτέρω τούτων γενόμενον, ἐς  
 τὴν χώραν *Χερίην* πόλιν κατοικήσας, ἀπὸ τε τῆς *Σεμαρχάν-*  
 5 *δης* καὶ στρατιωτῶν καὶ τῶν ἀρίστων αὐτῷ στελλομένων ἐς  
 τὴν ἀποικίαν, ἦκισε πόλιν *Χερίην* οὕτω καλουμένην, μεγάλην  
 τε καὶ εὐδαίμονα ἅτε τοῦ βασιλέως ἐν αὐτῇ διατρίβοντος καὶ  
 τῶν ἀρίστων αὐτοῦ, τῶν τε τῆς Ἀσίας στρατῶν ἐς αὐτὴν  
 συνιόντων. μεγάλη τε ἐν βραχεῖ ἐγένετο ἡ *Χερίη*, καὶ εὐνο- 10  
 μῆθη μέγροι καὶ ὕστερον, οὐχ ἥκιστα δὲ βασιλέως *Τεμήρσεω*  
 B περιόντος. ὅποι μὲν οὖν τῆς Ἀσίας ἦκισται ἡ πόλις αὕτη,  
 καὶ εἴτε ἐν τῇ Ἀσσυρίᾳ χώρα εἴτε καὶ ἐν τῇ Μήδων, οὐκ  
 ἔχω τεκμήρασθαι. λέγουσι μὲν τινες *Νῆνον* τὴν *Χερίην* γε-  
 νέσθαι τὸ παλαιὸν καὶ ἐς τὴν Ἀσσυρίων χώραν τεταχθαι, 15  
 τεκμαιρόμενοι τοῦτο ἀπὸ τῆς *Παγδατίνης Βαβυλῶνος*. οἰκί-  
 στας δὲ *Χερίην* πόλιν, καὶ τὰ βασίλεια ἐν αὐτῇ ποιησάμενος,  
 ἐπενόει ἐπὶ Ἀἴγυπτόν τε καὶ ἐπὶ *Σκύθας* στρατεύεσθαι καὶ  
 τὴν τούτων ἀγορὰν *Οὐρδάν* καλουμένην, καὶ στρατὸν μέγαν  
 V. 54 συναγείρας καὶ τοὺς *Χαταΐδας* συμπαραλαβὼν ἤλανεν εὐθὺ 20  
*Ταναΐδος*. ἐνταῦθα πυθόμενοι *Σκύθαι* *Τεμήρη* βασιλέα ἐπὶ  
 C σφᾶς ἐπιόντα μεγάλην παρασκευῆν, τὴν τε εἴσοδον ἔπεμπον  
 στρατεύματα προκαταληψομένους τῶν ὀρέων, ἧ ἔμελλε *Τεμήρης*

## 12. περιόντος P

isti genti inferentem, nihil effecisse, ipse sibi hoc decus eximium  
 petere statuit. ut istam vero rem ad optatum duceret finem, opti-  
 mum esse ratus ut quam proxime ad ipsos accederet, in Cheriam ur-  
 bem coloniam ducere decrevit, transferens eo milites aliosque homi-  
 nes plurimos ex Semarchanda. huc, ut regis sententiam intellexere,  
 convenerunt et alii plurimi proceres regni. cum autem ipse in ead-  
 em urbe versaretur, optimates Asiaeque milites optimi ad ipsum  
 quotidie confluebant. hinc urbs illa brevi incredibiliter aucta est.  
 etiam bonis et saluberrimis legibus gubernabatur, superstite adhuc  
 Temire. in qua autem Asiae parte urbs ea sita sit, in Syriorum an  
 in Medorum regione, assequi nequeo. sunt qui tradant Ninum anti-  
 quitus Chariam extitisse et in Assyriorum regione locatam esse, con-  
 iecturam facientes a Paglatina Babylone. Temires ut urbem Che-  
 riam habitatoribus replevit, et in ea regni sui sedem paravit, in ani-  
 mum induxit bellum inferre Aegypto Scythiis et horum Agorae, quam  
 Urdam nuncupant. conscripto igitur exercitu maximo, et assumptis  
 Chataidis, recta ad Tanaim contendit. Scythae ut acceperunt Temi-  
 rem cum copiis accedere, ut montium angustias, qua Temires exerci-



σὺν τῇ στρατῷ αὐτοῦ διέναι. Σκίθαι μὲν οἷτοι τὸ πάλαι  
 ἐς μοίρας τινὰς διηρημένοι ἐνέμοντο τὴν χώραν ἀπὸ Ἰστρου  
 ἕστε ἐπὶ τοὺς ὑπὸ τὸν Καύκασον. νῦν δὲ γένος μὲν τι τού-  
 5 των ἐς τὴν Ἀσίαν γενόμενον, τὰ πρὸς ἕω αὐτοῦ τε ἐνοικῆ-  
 σαν τὴν ἐπὶ τάδε τῆς Ἀσίας χώραν, καὶ ἐπὶ πολλὰ τετραμ-  
 μένον, Σαχαταῖοι ἐκλήθησαν, ὑπὲρ τὴν τῶν Περσῶν χώραν  
 ἐς τοὺς Σάκκας τε καὶ Καδδαίους· ἀπ' ὧν δὴ καὶ Τεμήρην  
 αὐτὸν οἰόνται γεγονέναι τινές. ἔστι δὲ τοῦτο γένος ἄλκιμόν  
 10 λέγεται Τεμήρης τὴν ἡγεμονίαν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ παραλαβεῖν, D  
 πλὴν Ἰνδῶν. οἱ δὲ λοιποὶ Σκίθαι κατὰ ταυτὸ φρονοῦσί τε  
 καὶ ὑφ' ἐνὶ ἄρχονται βασιλεῖ, κατὰ Οὐρδὰν τὴν καλουμένην  
 ἀγορὰν τὰ βασιλεία ποιούμενοι, ἀποδεικνύμενοι σφίσι βασι-  
 λέα γένους τε ὄντα τοῦ βασιλείου τὸ παλαιότατον. καὶ ἔστι  
 15 δὴ καὶ ἀλλαχοῦ τῆς Εὐρώπης ἐς τὸν Βόσπορον μοῖρα τούτων  
 οὐκ ὀλίγη, ἀνὰ τὴν χώραν ταύτην διεσκεδασμένοι, ὑπὸ βα-  
 σιλεῖ ταιτόμενον, οἴκον τῶν βασιλέων, ὄνομα δὲ τούτῳ Ἀτζι-  
 κερῆς. οἷτοι μὲν οὖν ὡς ἐπετράποντο σφᾶς τούτῳ τῇ βα-  
 σιλεῖ, ἐς τήνδε ἀφικόμενοι τὴν χώραν, ἐπελάσαντες ἐς τὸν  
 20 Ἰστρον, καὶ δὴ καὶ τὸν Ἰστρον διαβάντες, μοῖρά τις οὐκ ὀλίγη P. 69  
 τῆς Θράκης λεηλατοῦντες ἐπέδραμον, καὶ ἀνεχώρουν ἀπὸ  
 Σαρματίας ἐπὶ τὸν Τάναϊν ἰόντες. καὶ πολλὰ μὲν τοῦ γένους

3. τοι P

7. δὲ P

12. ἄρχονται H, ἄρχοντι P

tum traducere cogitabat, praeoccuparent, miserunt et ipsi exercitum  
 hosti obviam. Scythae quidem, iam olim in tribus quasdam discreti,  
 tenebant regionem ab Istro excurrentem usque ad Caucasi accolae.  
 nunc autem genus quoddam illorum hominum in Asiam advenit, et  
 ibi ea loca quae Orientem spectant inhabitavit, et hinc ad reliquam  
 Asiae penetravit regionem. istud hominum genus Sachataeos vocant.  
 supra Persarum regionem usque ad Saccas et Caddaeos domicilia ha-  
 bent. quidam ex his originem ducere Temirem asserunt. gens ista  
 fortitudine et bellicarum rerum gloria vincit reliquas omnes Asiae  
 gentes. his auxiliariibus Scythis Temires, ut quidam docent, ad  
 Asiae imperium evasit, devictis omnibus praeterquam Indis. reliqui  
 Scythae a praedictis nihil differunt, regem unum habent. regni se-  
 dem Urdam constituere, creaveruntque regem qui ex vetustissima de-  
 scenderet prosapia. extat et alia pars eorum non exigua per Euro-  
 pam usque ad Bosporum Thracium habitans, per eam regionem di-  
 spersa; quibus et ipsis rex est qui ex antiquissima regum gente pro-  
 cessit. Atziceris ei nomen est. hi itaque ut se commiserunt regi,  
 in hanc venerunt regionem, progressi usque ad Istrum. hinc manus  
 quaedam horum non modica Istrum transvecta Thraciam vastavit,

τούτου αὐτοῦ παρὰ τὸν Ἴστρον ἐνέμειναν. Ἐν τῷ πλείον ἐπὶ Παιαζήτεω διαβάν τὸν Ἴστρον ἐνέμειναν. ὤκισθη χωρὶς ἕκαστον μέρος τοῦ γένους τούτου γενόμενον. τὸ δὲ ὑπολειφθὲν μέρος αὐτοῦ πέραν τοῦ Ἴστρον Καζιμήρω τῷ βασιλεῖ Λιτουάνων τὴν δίαιταν ἔχουσι, τὴν γῆν νεμόμενοι ἐς ἔτι καὶ 5 νῦν, ἔς τε τὸν πρὸς τοὺς περιοίκους αὐτῷ πόλεμον συμβαλλόμενοι τὰ κράτιστα· ὅποι γὰρ ἂν τὸ γένος τοῦτο τυγχάνωσιν ὄντες, δοκοῦσι τε τὰ ἐς πόλεμον καὶ εἰσὶ κράτιστοι. οἱ δὲ περὶ τὸν Βόσπορον καὶ τὴν Ταυρικὴν νῆσον καλουμένην, Βδιείργουσαν λίμνην τε τὴν Μαιώτιδα καὶ τόνγε Εὐξείνον 10 πόντον, ὑπὸ τῷ βασιλεῖ Ἀτζικερίῃ τὰ τε ἔθνη τὰ ἐς γῆν ληιζόμενοι κατεστρέψαντο ἐς φόρον ἀπαγωγὴν, τοὺς τε Γότθους καλουμένους καὶ Ἰανίους τοὺς τὴν τοῦ Καφᾶ πόλιν ἐνοικοῦντας. καὶ Σαρματίας μέρος τι ἀπάγει τούτῳ τῷ βασιλεῖ φόρον. Σαρμάται μὲν οὖν οἱ πρὸς Εὐξείνον πόντον 15 καὶ οἱ πρὸς ὠκεανὸν τῷ μεγάλῳ Σκυθῶν βασιλεῖ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ φόρον ἀπάγουσιν, ἐξ ὅτου τὴν Σαρματιάν ἐπιδραμόντες τὰ μὲν ἠδραποδίσαντο, τὰ δὲ ληισάμενοι κατέσχον ἐπὶ συχνὸν τινα χρόνον, καὶ ταύτῃ τὸ ἀπὸ τοῦδε φόρον τε ἐτάξαντο τῷ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ, καὶ ἔτους ἑκάστου ἀπάγουσι. 20

C Σαρματία μὲν οὖν διήκει ἀπὸ Σκυθῶν τῶν νομάδων ἐπὶ

4. post Ἴστρον H ὑπὸ

12. ἀπαγωγὴν P

plurimas incursiones faciendo. relicta Sarmatia Tanaim versus iter ingressi sunt, et pleraque gentis huius pars in regione Istro adiacente mansit. eorum quoque non pauci transvecti Istrum sub rege Paiazite aetatem egerunt. Scytharum genera singula habitant separata ab reliquis. pars quaedam eius gentis relicta cis Istrum sub Cazimiro Lituano regem degit. eandem regionem etiam tenebant, strenue operam navantes suo regi in bellis quae cum finitimis gerit. genus enim istud hominum quocumque accesserit, primas in rebus bellicis tenet fortitudinisque gloria emicat. qui ante Bosporum et Tauricam insulam, quae dirimit Maeotim paludem et Euxinum pontum, accolunt, imperio Atziceriis reguntur. subegerunt Gothos et Ianuenses urbem Capham inhabitantes, ut cogerentur tributum pendere. etiam Sarmatiae quaedam pars huic regi tributaria est. Sarmatae qui incolunt regionem versus Euxinum pontum et Oceanum, magno Scytharum regi, qui in Agora regni sedem habet, tributum pendunt, iam inde ex illo tempore quo in Sarmatiam populabundi cursitantes partim hominum partimque aliarum rerum praedas egerunt; eamque diu obtinere, imposito tributo, quod singulis annis magno Scytharum regi tribuerent.

Sarmatia a Scythis pastoribus usque ad Dacos et Lituanos se

- Δάκας τε καὶ Λιτουάνους, γένος τῶν Ἰλλυριῶν φωνῇ τὰ πολλὰ διαχρώμενον. καὶ διαίτη τε καὶ ἤθεσι τοῦ Ἰησοῦ νόμοις ἔποικοι, ἐπὶ τοὺς Ἑλληνας μᾶλλον τετραμμένοι οὐ πᾶν συμφέρονται τῷ Ῥωμαίων ἀρχιερεῖ, Ἑλληνικῶ δὲ ἀρχιερεῖ χρωῦνται, καὶ τούτῳ πείθονται τὰ ἐς θρησκείαν τε καὶ δίαιταν σφίσι. καὶ ἤθεσι τοῖς αὐτοῖς Ἑλλήνων διαχρώμενοι, σκευῇ τῇ Σκυθῶν παραπλησίᾳ προσχρωῦνται. τὰ μέντοι πρὸς Εὐξείνου πόντον Σαρματῶν γένη, ἀπὸ Λευκοπολίχνης καλουμένης, ἡγεμονίαι τε διαλαγχάνουσι τὰ πολλὰ, τὸ τε Μοσχόβιον V. 55
- 10 τε καὶ Κίεβος καὶ τὸ Φάρι καὶ Χωρόβιον, πόλεις ὑπὸ τυράννους εὐθυνόμεναι, ἐς τὴν μέλαιναν οὕτω ὑπὸ σφῶν αὐτῶν D καλουμένην Σαρματίαν τελοῦσι. τὰ δὲ πρὸς ὠκεανὸν ὑπὸ τὴν ἄρκτον οἰκημένα γένη λευκὴν Σαρματίαν καλοῦσι. πρὸς μέντοι ὠκεανὸν πόλις Οὐγκράτης καλουμένη, ἐς ἀριστοκρα-
- 15 τίαν τετραμμένη, ὄλβον τε παρέχεται καὶ αὐτὴν εὐδαιμονία ὑπερφέρουσαν τῶν ἄλλων τῆς Σαρματίας πόλεων, τῆς τε λευκῆς καὶ μελαίνης οὕτωςι καλουμένης. καὶ διήκει ἐπ' ὠκεανὸν αὕτη ἡ χώρα, Ἰνφλάστη καλουμένη. ἔνθα δὲ ὀρμιζονται καὶ αἱ ἀπὸ Δακίας νῆες καὶ Γερμανίας, φορτία φέρουσαι
- 20 Βρετανικά τε ἄμα καὶ Κελτικά ἐς τήνδε τὴν χώραν. ἀπὸ μὲν οὖν Τανάϊδος ἐς ὠκεανὸν τὸν Βρετανικὸν καὶ ἐπὶ τὴν P. 70 Κελτῶν χώραν εἶη ἂν ὁδὸς τὸ μακρότατον ἡμερῶν πέντε καὶ τριάκοντα τὸ οἰκούμενον ἐπὶ μῆκος, ἐπὶ πλάτος δὲ τὸ μὲν

fundit. Sarmatae Illyriorum linguam in usu habent plerumque. victu moribusque et Christiana religione magis Graecos sequuntur, nec perinde ipsis cum pontifice Romano convenit. habent Graecum episcopum, cui in religionis ritibus auscultant. vivendi rationem moresque Graecorum imitantur. suppellectilis apparatu repraesentant Scythas. Sarmatae, qui loca versus Euxinum pontum ab Leucopolichna urbe tenent, plerumque non regibus, verum ducibus utuntur. Moscoviorum, Kionensium, Tofariensium et Chorobiorum urbes a tyrannis reguntur, tributumque solvere coguntur Nigrae, sic appellatae, Sarmatae. ea autem Sarmatia, quae sub Septentrione colitur, alba Sarmatia appellatur. versus Oceanum urbs est Ucratis nomine: hanc optimates administrant, divitiasque plurimas suppeditat. opibus facile vincit omnes tum nigrae tum albae Sarmatae urbes. ea regio extenditur usque ad Oceanum, Euphraste sive Inflaste nuncupata. huc appellant a Dacia et Germania naves, merces Gallicas et Anglicas in eam regionem advehentes. ab Tanai usque ad Oceanum Britannicum fuerit iter, ubi longissimum, per eam regionem quae habitatur secundum longitudinem, dierum triginta quinque. latitudo su-

ὑπὲρ τὸν Τάναϊν χώραν εἶναι μεγίστην, ἀπὸ Σαρματίας ἔστε ἐπὶ τὴν Ἀσσυρίων χώραν. Σκίθαι νέμονται τήνδε. ἔστι μὲν οὖν, ὡς ἔμοιγε καταφαίνεται, τὰ ὑπὲρ τὸν Τάναϊν χώρα μεγίστη δὴ τῶν τῇ Εὐρώπῃ κατ' ἄμφω, μῆκος τε δὴ καὶ πλάτος ἐπὶ μῆκιστον διήκουσα. Πέρμιοι δὲ οἰκοῦσι τὸ πρὸς 5 Βορρᾶν ὑπὲρ τοὺς Σαρμάτας, ὄμοροι δὲ εἰσι Σαρματῶν, καὶ φωνὴν τὴν αὐτὴν ἴενται οἱ Σαρμάται τοῖς Περμίοις. λέγε-  
 B ται δὲ περὶ Περμίων τάδε, ὡς ἔστι γένος ἀπὸ ἄγρους τὸ πλεόν τοῦ βίου σφίσι ποιούμενον . . . .

Καὶ ἡ μέντοι πρὸς ὠκεανὸν διήκουσα Σαρματία ἐπὶ 10 Προυσίαν καλουμένην χώραν διήκει καὶ ἐπὶ τοὺς ταύτη λευκοφόρους Ναζηραίους καὶ ἱερὸν τὸ ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ. δοκοῦσι δὲ γένος τοῦτο εἶναι Γερμανοί, καὶ φωνῇ τῇ αὐτῶν ἐκείνων προσχωρούμενοι καὶ διαίτῃ. οἰκοῦσι δὲ πόλεις περικαλλεῖς καὶ εὐνομουμένας ἐς τὸ κράτιστον. ἔστι δὲ τούτοις ἱερὸν, ἧ δὲ 15 καὶ τὸ ἐν Ἰβηρίᾳ ἱερὸν νομίζεται καὶ ἐν τῇ Ρόδῳ ἐνοικοῦν Ναζηραίων γένος. ταῦτα γὰρ δὴ τὰ τρία ἱερά ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐς τὴν τοῦ Ἰησοῦ θρησκείαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους φηγμένα δὴ καταφανῆ ἐστί, τό τε ἐν Ἰβηρίᾳ πρὸς τοὺς ταύτη  
 C τῶν Λιβύων διαβάντας, καὶ Προυσίῶν πρὸς τε τοὺς Σαρμά- 20 τας καὶ Σκυθῶν τοὺς νομάδας, αὐτοῦ ταύτη ἀγχοῦ τὸ πα-

9. ποιουμένους P    11. ταύτην P    15. δὴ?

pra Tanaim amplectitur regionem maximam a Sarmatia usque ad Assyrios, quam Scythae colunt est quidem, ut mihi videtur, ea regio, quae ultra Tanaim habitatur, longe lateque amplissima. Permii versus Boream supra Sarmatas morantur. Sarmatis finitimi sunt, eius linguae commercio utentes. Permios ferunt gentem esse antiquissimam; venationibusque vivunt, et plurimam vitae partem eo in studio consumunt, et \* \* \* \*

Sarmatia versus Oceanum excurrans ad regionem Prussiam dictam se extendit. finitima est Nazaraeis, qui ibi sunt candido amictu gaudentes, et eorum monasterio quod in ea regione situm est. isti homines Germani esse creduntur, quia eorum victum moresque nec non et linguam sectantur. incolunt urbes pulcherrimas et legibus optimis instructas. est his monasterium, quemadmodum Iberis sive Hispanis et Rhodiis, quod Nazaraei inhabitant. nam tria ista monasteria Iesu religionem amplecti in primis per totum orbem, et contra barbaros ordinata esse, omnibus manifestum esse reor. monasterium namque quod Iberia habet, arbitror Afris ea traicientibus oppositum esse. idem Pruthenum monasterium opponitur Samogetis, necnon Scythiis pastoribus, qui et Tartari, ibi in propinquo iam ab antiquo sedes habentibus. Rhodios constat ibi morari, ut resistant Aegyptiis et



λαιὸν φικισμένους, καὶ Ῥοδίους δὲ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Αἰγύπτῳ  
τε καὶ Παλαιστίνῃ διὰ τὸν τοῦ Ἰησοῦ τάφον καὶ πρὸς τοὺς  
ἐν τῇ Ἀσίᾳ βαρβάρους.

Προυσίων δὲ ἔχονται Σαμῶται, γένος ἄλκιμόν τε καὶ  
5 οὐδενὶ τῶν περιούκων ὁμοδίαιτον, οὐδὲ ὁμόγλωσσον. νομίζει  
δὲ τοῦτο τὸ γένος Θεοὺς Ἀπόλλω τε καὶ Ἄρτεμιν· διαίτη  
δὲ χρῶνται τῇ πάλαι Ἑλληνικῇ καὶ ἤθεσι, σκευῇ δὲ τῇ Πρου-  
αίων παραπλησίᾳ.

Τούτων δὲ ἔχονται Βοέμοι, τῇ τε Σαμωτῶν δόξῃ τιθέ-  
10 μενοι καὶ τῇ τῶν Γερμανῶν οἱ ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ἐνοικοῦν- D  
τες, σκευῇ τῇ τῶν Παιόνων παραπλησίᾳ ἐσκευασμένοι. ἔνεστι  
δὲ αὐτοῖς μητρόπολις, πόλις εὐδαίμων τε καὶ πολυάνθρωπος,  
Βράγα οὕτωςι καλουμένη, καὶ πολλοὶ τῆς πόλεως ταύτης οὐ  
πολὺς χρόνος ἐπεὶ ἐπαύσαντο τῷ πυρὶ καὶ τῷ ἡλίῳ θρη-  
15 σκεύειν, μόνον δὲ ἔθνος τοῦτο τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐκτὸς γε-  
νόμενον ταῖς ἐγνωσμέναις ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι θρησκείαις,  
τῆς τε τοῦ Ἰησοῦ φημί καὶ τῆς τοῦ Μεχμέτεω καὶ Μωσέως·  
ταύτας γὰρ τοι σχεδόν τι ἴσμεν διακατέχειν τὴν τε ἀγνωμο-  
σύνην ὡς τὰ πολλὰ ἡμῖν οἰκουμένην. ἔστι μέντοι, ἣ πυνθά-  
20 νομαι, καὶ τὰ ὑπὲρ τὴν Κασπίαν θάλασσαν καὶ τοὺς Μασσα- V. 56  
γέτας ἔθνος Ἰνδικὸν ἐς ταύτην τετραμμένον τὴν θρησκείαν P. 71  
τοῦ Ἀπόλλωνος. νομίζει δὲ ἐκεῖνο τὸ γένος καὶ Θεοὺς ἔτι  
ἄλλους, Δία τε καὶ Ἥραν, ὡς προῖόν τι πρόσω τοῦ λόγου  
δηλωθήσεται.

## 15. δὴ?

Palaestinis, propter Iesu sepulcrum; etiam ut obsistant Asiae barba-  
ris, Rhodi aetatem agunt.

Prussios attingunt Samogetae, gens robusta, victus ratione et lin-  
gua nulli finitimarum similis. deos venerantur Apollinem et Dianam.  
victus rationem sequuntur quam Graeci vetusti tenuere; eosdem et  
moribus repraesentant. suppellectilis apparatu imitantur Prussios.

Iis confines sunt Boemi, sequentes superstitionem Samogetarum,  
necnon Germanorum qui ibi colunt. suppellectilis apparatu nihil  
differunt a Pannoniis. metropolim ea gens habet opulentam et po-  
pulosam, quam Pragam appellant. nec multum temporis intercessit  
ex quo ea urbs cessavit colere ignem et solem. sola haec gens ea-  
rum quae intra extraque Europam sunt, quas novimus, adhaerescit  
Iesu Mosis Mechemetisque religioni. nam omnes has religiones, quan-  
vis nos in ignorantiae tenebris plerumque versemur, gentem istam  
tenere compertum est. est quidem, quemadmodum audio, ultra Cas-  
pium mare et Massagetas gens quaedam Indica, deducta Apollinis  
cultui. colit et alios deos gens eadem, videlicet Iovem et Iunonem,  
ut infra fusius dicitur.

Καὶ περὶ μὲν τούτων ταύτη ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· Πολάνοι δὲ ἔχονται Σαρματῶν, καὶ τῇ φωνῇ τούτων νομίζουσι, καὶ ἤθεσι δὲ καὶ διαίτη τῇ Ῥωμαίων παραπλησία. Πολάνων δὲ ἔχονται Λιτουάνοι ἐπὶ Εὐξείνιον πόντον καὶ ἐπὶ Σαρματιάν καθήκοντες. καὶ οὗτοι μὲν ἢ μέλαινα Πογδανία, ἢ ἐν τῇ Λευκοπολίχνη καλουμένη τὰ βασιλεία ἔχουσα, ἀπὸ Δακῶν τῶν παρὰ τὸν Ἰστρον ἐπὶ Λιτουάνων καὶ Σαρμάτας Βδιήκει. γένος δὲ ἔστι τοῦτο δόκιμον, ἧ ἂν τις τεκμαίροιο, τὴν τε φωνὴν τὴν αὐτὴν ἰέμενον, καὶ ἀπὸ παλαιοῦ διεσχισμένον διχῆ τὸ γένος εἰς τυραννίδας καὶ ἡγεμονίας δύο κατέ-10 στη. Λιτουάνους δὲ οὔτε Σαρμάταις εἰσὶν ὁμόγλωττοι οὔτε Παίσοιν, οὔτε μὴν Γερμανοῖς, οὐ μὴν οὐδὲ Λαξίν, ἰδίᾳ δὲ τὸ παράπαν νομίζουσι φωνῆ. ἔστι δὲ αὐτοῖς βασιλεία πόλις μεγάλη τε καὶ πολυάνθρωπος καὶ εὐδαίμων. καὶ δοκεῖ τοῦτο τὸ γένος εἶναί τε μέγα τῶν ἀμφὶ τήνδε τὴν χώ-15 ραν ἔθνῶν καὶ ἀνδρείοτατον, καὶ πρὸς τε τοὺς Προουσίους καὶ Γερμανοὺς καὶ Πολάνους διαπολεμοῦν περὶ τε ὄρων τῶν C ἐς τὴν χώραν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τὸ γένος πρὸς τὰ τῶν Ῥωμαίων ἔθνη καὶ δίαιταν τετραμμένον, σκευῆ δὲ τῇ Σαρματῶν παραπλησία χρωμένους, καὶ τῇ μελαινῇ Πογδανία ὁμορος τὰ 20 πολλὰ οὕσα πρὸς τούτους ἀγωνίζεται.

Σαρμάται δὲ φωνῇ διαχωρῶνται παραπλησία τῇ Ἰλλυριῶν

Haec quidem hactenus. Poloni contermini sunt Sarmatis, quorum et linguam in usu habent. victus ratione moribusque nihil discrepant ab Romanis. Polonis annexi sunt Lituani, qui et ipsi usque ad Euxinum pontum Sarmatiamque pertingunt. et quidem Pogdania nigra, quae regni sedem habet Leucopolichnam, a Dacis Istrum incolentibus ad Lituanos et Sarmatas se proicit. gentem autem istam satis esse probatam vel hinc quis coniciat, quod linguam suam retinere. iam olim ea gens in duas partes divisa, partim quidem a principibus partim vero a ducibus regitur. Lituani, quantum ad linguam attinet, nihil convenit cum Sarmatis, cum Pannonis, cum Germanis aut cum Dacis: nam quasi peculiarem linguae usum tenent. urbs quam regni sedem constituerunt, magna et opulenta populosaque est. apparet facile istam gentem esse maximam omnium quae in hac regione versantur. fortitudine nulli postponenda creditur, strenue praelians adversus Prussios Germanos et Polonos, gentes finitimas, ut suos tutetur fines. sequitur mores et victus rationem Romanorum; suppellectilis apparatu nihil a Sarmatis differunt. cum autem fere undique nigram Pogdaniam attingant, plerumque adversus eius regionis incolas pugnas ciere solent.

Sarmatarum lingua similis est Illyriorum, Ionium ad Venetos usque accolentium. utri autem horum vetustatis praerogativa gaudeant,

τῶν ἐς τὸν Ἴόνιον παροικούντων ἐς τοὺς Ἐνετούς. ὁπότεροι μὲν  
 τούτων παλαιότεροι, καὶ τὴν ἐτέρων ὁπότεροι τούτων χώραν  
 ἐπινέμονται, ἢ Ἰλλυριοὶ ἐπέκεινα τῆς Εὐρώπης διαβάντες Πο-  
 λανίαν τε καὶ Σαρματίαν ᾤκησαν, ἢ Σαρμάται δὴ ἐπὶ ταύτῃ  
 5 τοῦ Ἰστρου γενόμενοι τὴν τε Μυσίαν καὶ Τριβαλλῶν χώραν  
 καὶ δὴ καὶ Ἰλλυριῶν τῶν πρὸς τὸν Ἴόνιον ἄχρι δὴ Ἐνετῶν  
 ᾤκησαν, οὔτε ἄλλου τινὸς ἐπυθόμην τῶν παλαιότερων διε- D  
 ξιόντος, οὔτ' ἂν ἔχοιμι πάντη ὡς ἀληθῆ διασημῆσθαι.

Ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ Σκύθας τοὺς νομάδας, ὃ δὴ γένος μέ-  
 10 γιστόν τε καὶ ἰσχυρόν καὶ γενναϊότατόν ἐστιν, οἷον οὐδενὶ  
 τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν παραβάλλειν, ἂν μὴ πολλαχῆ  
 ἀνὰ τὴν οἰκουμένην κατὰ τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην ἐσκεδασμέ-  
 νον ἄλλη τε τῆς αὐτῶν βασιλείας ᾤκισθη, ὡς τῇ ἐπιδρομῇ τὰ  
 15 πολλὰ χρησάμενον. ἢ δὴ χώρα ἠρέσκετο, ταύτῃ ἐναπολει-  
 φθὲν ᾤκησεν. εἰ μὲν οὖν εὐφρόνει κατὰ ταύδε, τὴν αὐτὴν  
 ἐνοικοῦν χώραν, καὶ ὅφ' ἐνὶ γένοιτο βασιλεῖ, οὐδένας οἱ τῶν  
 ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἐνίσταντο ἂν, ὥστε μὴ συνομολογεῖν αὐτῷ. P.72  
 νῦν δὲ ἀπανταχῆ τῆς Ἀσίας ἐπινεμόμενον καὶ ἐν τῇ Εὐρώ-  
 20 πῃ, ἐπὶ τῇ Θράκῃ τε καὶ ἐπὶ τὸν Βόσπορον ἐνοικοῦν, ἀπὸ-  
 κισται τῆς σφῶν αὐτῶν βασιλείας τῆς ἐς τὸ Οὐρδάν. οἱ μὲν  
 οὖν ἐς τὸν Βόσπορον τὴν ταύτῃ χώραν ἐπινεμόμενοι καὶ τὴν  
 ὁμορον λεηλατοῦντες, τὴν τε Τζαρκάσων καὶ Μιγκρελίων καὶ

#### 14. ταύτῃ τῇ ἐναπ. P

et utri alterorum regionem teneant, Illyriine in istam Europae par-  
 tem recedentes Poloniam et Sarmatiam incoluerint, an Sarmatae ad  
 haec Istri loca adeuntes Mysiam et Triballorum Illyriorumque regio-  
 nem, qua versus Ionium patet usque ad Venetos, inhabitarint, neque  
 quenquam audivi veterum commemorantem, nec ipse possum ea quam  
 verissime explicare.

Redeo nunc ad Scythas nomades; quae gens numero fortitudine,  
 necnon generositate, si comparationem facere libuerit, facile omnibus  
 per orbem gentibus superior est, nisi quod per Asiam et Europam  
 dispersa et nunc in alia regione a regno remota habitat, ut quae in-  
 cursionibus faciendis invigilet, et in ea regione morari, quae forte  
 arriserit, in animum inducat. si ea gens concordiam inter se cele-  
 braret, unamque regionem regemque amplecterentur, non arbitror  
 aliquam gentem in toto orbe adeo ferocem esse viribus, quae Scythis  
 bellum indicere auderet. nunc autem cum undique per Asiam et Eu-  
 ropam, necnon per Thraciam usque ad Bosporum dissipati habitent,  
 quam longissime a sua regia submoti cernuntur. qui regionem, quae  
 se ad Bosporum pandit tenent, finitimis Tzarcasis et Mincreliis Sar-  
 maticisque multa negotia facessunt praedis agendis. abducentes igitur

Σαρματιῶν, καὶ ἀνδράποδα ὡς πλεῖστα ἀγόμενοι ἐπὶ τὸν Βό-  
 σπορον, ἐπὶ Καρέαν πόλιν καὶ ἐς τὴν Μαιώτιδα καλουμένην  
 λίμνην ἀπάγοντες, ὀλίγου τε αὐτὰ ἀποδιδόμενοι τοῖς τε Ἐνε-  
 τῶν καὶ Ἰανίων ἐμπόροις, οὕτω δὴ βιοτεύουσι. Σκύθαι δὲ  
 Βοί ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐπὶ ἁμαξῶν τε καὶ ὑποζυγίων τὸν βίον ποι- 5  
 V. 57 ούμενοι, γάλακτι τὰ πολλὰ ἵππων τε καὶ τὰ κρέα διαχρώμε-  
 νοι, οὔτε σίτῳ οὔτε κριθῇ καταφανεῖς εἰσὶ διαχρώμενοι, με-  
 λίνῃ δὲ τὸ πλεόν καὶ συκάλῃ, λιναῖς τε ἐσθῆτας φοροῦντες  
 ἐς τὸν τῶν λίθων ὄλβον εὐδαιμονέστατοι καὶ πλουσιώτατοι  
 νομίζονται. τόξοις δὲ χρῶνται, τὸ σύμπαν εἰπεῖν, καὶ ξίφεσι 10  
 βαρβαρικοῖς, καὶ θυρεοῖς τοῖς τῶν Λακῶν παραπλησίοις, πῆλοις  
 δὲ τὰ πολλὰ χρώμενοι, οὔτε ἤ περὶ Σαρματίαν οἰκοῦντες, οὔτε  
 ἱματίοις ἀπὸ ἐρίων, ὅτι μὴ λινοῖς νομίζουσι. διήκει δὲ ἡ  
 ἀγορὰ τούτων τῶν Σκυθῶν καὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπὶ  
 ὁδὸν πεντεκαίδεκα ἡμερῶν, ὥστε ἐπινέμεσθαι τὴν χώραν ἐς 15  
 τὸ ἐπιτηδειότατον σφίσι καταστάτες, καὶ καὶ ὀλίγους διε-  
 C σκεδασμένοι, ἀφ' ἑκατέρου πλαγίου καθιστάμενοι ἐφ' ἑνός-  
 τήν τε ἀγορὰν ποιοῦνται ἐπὶ μήκιστον, καὶ διανέμονται τὴν  
 χώραν, τοῖς ὑποζυγίοις ἄφθονον παρεχόμενοι, καὶ αὐτοὶ τε ἐς  
 τάξιν τὴν ἀρίστην ὑπὸ σφῶν νομιζομένην καθιστάμενοι. κατ' 20  
 αὐτὸν δὲ μόνον τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ταύτη ἀρίστους ἐπὶ κύ-  
 κλους καταστάτες, καὶ περιόδους ποιούμενοι, βασιλεία τε πα-

2. Καρόαν R

3. ἀποδόμενοι P

12. ἤ] ἤ οἱ?

inde mancipia plurima pergunt ad Bosphorum et ad urbem Caream.  
 postea agentes mancipia ad Maeotim paludem, ea parvo aere vendunt  
 Venetorum et Ianuensium mercatoribus. hunc vitae modum tenent.  
 at Scythae, qui morantur in Agora, plaustris et iumentis vehuntur.  
 lacte plerumque, etiam equina carne victitant. nec frumenti nec hor-  
 dei usus apud hos, quod sciam, frequentatur: verum utuntur panico  
 et ficis. chlaenis sive lineis vestibus vestiuntur. quantum ad mar-  
 garitas lapidesque pretiosos pertinet, felicissimi et ditissimi censen-  
 tur. sagittae eorum, necnon gladii barbariem redolent. scuta habent  
 qualia gestant Daci. pileis autem plerumque utuntur, neque \* \* \* \*  
 \* \* \* \* qua attingunt Sarmatiam: neque vestitus ipsis est ex filis  
 contextus, verum ovium vellera induunt. Agora Scytharum magnique  
 eorum regis patet itinere quindecim dierum. itaque regione fruun-  
 tur, qua ipsis commodissimum visum fuerit. quidam numero pauci,  
 dispersi ab utroque latere unum habentes ducem, Agoramque faciunt  
 longissimam et regionem depascunt, iumentis larga praebentes pabula.  
 reliqui in eum ordinem rediguntur, qui penes ipsos optimus esse cre-  
 ditur. nam regem solum regni que proceres circulo circumdant; mu-  
 nimentaque facientes, regiam sedem regi praebent ex ligneis compa-



ρέχουσι τῷ βασιλεῖ ἀπὸ ξύλων κατεσκευασμένα. ἐπιδιελόμενοι δὲ εἰς μοίρας ταύτην σύμπασαν τὴν ἀγοράν, ἄρχοντίς τε ἐφιστάσι τούτων, καὶ ἐπειδὴν παραγγέλη βασιλεύς, χωροῦσιν ἐφ' ὃ τι ἂν γένηται χρεῖα.

- 5 Τότε μὲν οὖν ὡς ἐστρατεύετο Τεμήρης ἐλαύνων τὸν τῆς Ἀσίας στρατόν, καὶ ἐπύθοντο ἐπὶ σφῶς στρατευόμενον, βασι- D  
 λεύς μέντοι τὴν τε ἀγοράν σύμπασαν ἐς στρατόν ποιησάμενος ἐστρατοπεδεύετο, ἐπὶ πολλοὺς τὸ βάρος ποιησάμενος. καὶ αὐτὸς μὲν ταύτῃ ταξάμενος ἔτετο ὁμόσε ἐπὶ τοὺς πολεμίους,  
 10 μοῖραν δὲ προέπεμψε τὴν πάροδον καταληψομένους, ἧ ἔμελλε διαπορεύεσθαι Τεμήρης ὁ βασιλεὺς, καὶ διακωλύσαι ἐκέλευεν ὅποι δύναιτο ὡς κράτιστα μαχόμενος τῷ Τεμήρῃ. οὗτος μὲν δὴ παραλαβὼν τὴν μεθ' ἑαυτοῦ μοῖραν. Τεμήρης δὲ ὡς ἐπήγει τὸν στρατόν, εὐθὺς Τανάϊδος ἐπορεύετο, ἐν δεξιᾷ ἔχων  
 15 τὸν Καύκασον. ἐπεὶ δὲ εἰσέβαλεν ἐς τὴν Σκυθικὴν, εὗρε τοὺς Σκύθας ἐστρατοπεδευμένους. καὶ ὡς ἦσθοντο ἐπιόντα, πα- P. 73  
 ρετιάσσαντο ὡς ἐς μάχην. καὶ αὐτὸς τε ἀντιπαρετάσσειτο, καὶ μάχην μὲν τινα ἐποίησαντο ἐν τῇ παρόδῳ, καὶ οὐδὲν πλέον ἔσχε Τεμήρης ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ. μετὰ δέ, ὡς ἐπην-  
 20 λίστατο, τῇ ὑστεριᾷ αὐθις παρετάσσειτο, καὶ ἐμαχέσαντο καὶ ἐξεκρούσαντο αὐτόν, ὥστε μηδ' ὅπως οὖν ἐξεῖναι αὐτόν παριέναι εἶσω καὶ ἐσβάλλειν ἐς τὴν χώραν. καὶ αὐτοῦ τε διέ-

### 8. βάθος?

gibus praeparatam. deinde partientes Agoram hanc universam in quasdam partes, singulis magistratus seu duces praeficiunt; et quando imperaverit rex, confestim omnes advolant imperata facturi.

Ea igitur tempestate cum Temires ductaret Asiae exercitum, Scythaeque intelligerent eum adversum se hostiliter proficisci, rex universa Agora in exercitum allecta, imponens onera plaustris, propriis viribus hosti obviam procedebat. exercitus partem praemisit ad praeeoccupandas angustias montium, qua traducturus exercitum Temires erat. hos iussit fortiter resistere hostibus, eos aditu prohibentes. qui dicto audientes fuere. Temires accedens exercitum recta versus Tanaim movebat, a dextra habens montem Caucasum. ubi autem irruit in Scythiam, deprehendit Scythas castrametatos esse. qui ut acceperunt adventum Temiris, aciem instruunt, praelii copiam facturi. ipse quoque Temires suos in aciem educebat. tandem in angustias commisere praelium: non tamen vicit Scythas Temires, verum promodum aequo Marte est pugnatum. dehinc cum receptui cecinisent, die postero iterum ad praelium accingebantur. adeo autem fortiter dimicarunt Scythae ut pellerent Temirem, planeque ut desperaret se in ipsorum regionem intrare posse. clades maxima ibi

φθειρε τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ οὐκ ὀλίγους ὑπὸ τῶν Σκυθῶν. μετὰ δέ, ὡς οὐχ οἷός τε ἐγένετο εἶσω παρελθεῖν διακωλυόμενος, ἀπήγαγε τὸν στρατὸν καὶ ἀνεχώρει ἐπ' οἶκον. Β τοῦ δὲ ἐπιγινόμενου θέρους στρατιὰν ὡς μεγίστην συλλέξας, καὶ ἐπὶ Αἴγυπτον ἐν νῶ ἔχων στρατεύεσθαι, μετὰ δὲ συστρέψας, ἤλανεν αὐτῆς ἐπὶ Σκίθας, σταθμούς ἐλαύνων ὡς μεγίστους. καὶ ἐφθη τε δὴ ἐσβαλὼν ἐς τὴν Σκυθικὴν, καὶ συνέμιξε μοῖρα τινὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἔφοδον ἐπειγομένους, καὶ συμβαλὼν αὐτῇ ἐτρέψατο. οὐ μέντοι γε ἀπεγένετο, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου, ἐν ταύτῃ τῇ συμβολῇ. οἱ γὰρ δὴ Σκύθαι μέγιστον δὴ τοῦτο ἔχουσιν ἀγαθόν· ἐν τῇ τροπῇ συστρεφόμενοι αὐτῆς ἐλαύνουσι ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὐδέν τι κατὰ τὴν τροπὴν χαλεπὸν ὑφιστάμενοι. μετὰ δέ, ὡς ἐπὶ τὸν βασιλέα C Σκυθῶν ἤλασε, παρετάξατό τε εἰς μάχην, καὶ οἱ Σκύθαι νυκτὸς ἀπεχώρουν ὥσπερ σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ὡς δὲ 15 ἐπῆει Τεμήρης διημερεύων ἐπῆλανε νυκτὸς, αὐτῆς ἀπεχώρουν οἱ Σκύθαι, ὥστε δὴ ταῦτα ποιούμενος ἔκαμνε τῷ Τεμήρηι ὁ στρατός, καὶ προεκαλεῖτο ἐς μάχην τῶν Σκυθῶν βασιλέα. μετὰ δὲ ταῦτα στρατοπεδενεσάμενος ἐς τὴν ὑστεραίαν παρετάξατο κατὰ ἴλας. Τεμήρης δὲ παρετάσσετο ἐπὶ πολὺ 20

## 9. αὐτιῶν?

- P. 198 μητρὸς καὶ μεσιτῶν καὶ τοῦ δήμου καὶ τῶν μεσαζόντων, Καντακουζηνοῦ τε καὶ Νοταρά, δεδιότων μὴ ἀφικομένου ἐπὶ τὴν βασιλείαν τούτου ἐπαγάγη ὁ Κωνσταντῖνος στρατὸν ἐπήλυθα, καὶ σφίσι ἀπόλοιτο ἡ ἀρχή τε καὶ τὰ πράγματα. ἀνέμενον δὴ διὰ ταῦτα ἔλθειν τὸν Κωνσταντῖνον, καὶ οὐκ ἐπέτρε- 5 πον τῷ Δημητρίῳ παριέναι ἐς τὴν βασιλείαν. ἔτυχε δὲ τότε προπαραγενόμενος ἐς Βυζάντιον καὶ Θωμᾶς ὁ νεώτερος ἀδελφός, περιόντα ἔτι οἴόμενος καταλήψεσθαι τὸν βασιλεῖα, καὶ χρηματίσων περὶ ἐνίων ὧν προσεδεῖτο τοῦ βασιλέως. οὗτος μὲν οὖν ἐτελεύτα, καὶ οὐκείι ζῶντα κατέλαβεν, εὗρε δὲ τὰ 10 πράγματα καταστάνατα ἐς διαφορὰν καὶ αὐτὸς τε κατέστη ἐς Β διαφορὰν Δημητρίῳ τῷ ἀδελφῷ περὶ τῆς βασιλείας. ἀφικομένου δὲ αὐτοῦ ἐς Βυζάντιον οὐ πολλῆ ὕστερον τοῦ Κωνσταντίνου, διείλοντο σφίσι τὴν Πελοπόννησον, καὶ ὄρκια ἐπὶ τῇ νομῇ ταύτῃ πρὸς ἀλλήλους ἐτάμοντο, ἐμπεδοῦντες τὴν δια- 15 νομήν. ὁ μέντοι νεώτερος ἀδελφὸς πρότερος ἀφικόμενος νηὶ ἐπὶ Πελοπόννησον ἀφίστα τε τὰς ἐν Πελοποννήσῳ πόλεις πρὸς ἑαυτὸν παρὰ τοὺς ὄρκους, καὶ προσλαβόμενος τοὺς Πελοποννησίους τοὺς συναφεστῶτας ἐπολέμει πρὸς Δημήτριον τὸν V. 155 ἀδελφόν. ὁ δὲ ἐπαγόμενος τοῦ βασιλέως στρατὸν, ἐπιδιαπραξα- 20 μένου τοῦ τῆς γυναικὸς ἀδελφοῦ Ἀσάνεω, τὸν τε ἀδελφὸν ἠγάγκασεν ἐς ὁμολογίαν αὐτῷ γενέσθαι, καὶ ἐπετράποντο δι-

## 8. περιόντα P. 9. οὕτως P.

Cantacuzeno Notaraque, qui arbitrorum partibus fungebantur. timebant enim, si is assequeretur regnum, fore ut Constantinus exercitum peregrinum adducat, et sic regnum regnique res interituras expectarunt itaque Constantini adventum, nec permiserunt Demetrio ut regnum susciperet. ea tempestate Byzantium venerat et Thomas frater iunior, putans se regem adhuc superstitem inventurum. volebat enim quaedam cum eo, in quibus eius opera indigebat, colloqui. verum rex mortuus erat, nec eum adhuc viventem invenire potuit. reperit tamen maximam discordiam, quae exorta erat propter Demetrium regnum Byzantium affectantem. Constantino haud multo post Byzantium adveniente Peloponnesum inter se dividerunt, et iurisiurandi religio interposita est ne postmodum divisionem illam violarent. verum frater iunior prior navi in Peloponnesum vectus urbes Peloponnesiacas contra divisionis iusiurandum ad defectionem sollicitabat; et adhibitis Peloponnesiacis, qui ad ipsum confluerant, bellum gerebat cum fratre suo Demetrio. qui adducto exercitu regis Turcorum, cum ad eam rem operam suam locaret uxoris frater Asanes, fratrem coëgit secum pacem pangere, cum utrinque rem totam per-

αιτητῆ σφῶν τῷ ἀδελφῷ Βυζαντίου βασιλεῖ, περὶ τε τῆς χώ- C  
ρας ὁμήρους δόντες ἀλλήλοις καὶ πιστά.

Ἐν ᾧ δὴ ταῦτα ἐγένετο, Ἀμουράτης ὁ Μεχμέτεω παῖς 1451  
τελευτᾷ ἐν συμποσίῳ, ὑπὸ οἴνου γενόμενος ἀπόπληκτος. ἐβα- d.2. Feb  
5 σίλευε δὲ ἔτη δύο καὶ τριάκοντα. κατέλιπε δὲ βασιλέα Με-  
χμέτη τὸν παῖδα αὐτοῦ, καὶ παῖδα ἕτερον ἐκ τῆς γυναικὸς αὐ-  
τοῦ, τῆς Σπενδέρεω θυγατρὸς, ἀνὴρ ἐπιεικῆς τε γενόμενος  
καὶ τὴν τύχην οὐκ ἀδόκιμος. ἀμυνόμενος δὲ ἐπολέμει, οὐχ  
ὑπάρχων ἀδικίας, ἀλλ' ἐς τὸν ὑπάρξαντα αὐτίκα ἐπιὼν ἐστρα-  
10 τεύετο, καὶ ὁπότε μὴ τις αὐτὸν προουκαλεῖτο ἐπὶ πόλεμον, οὐ  
πάνυ τι προουθυμείτο στρατεύεσθαι, οὐκ ἐς τοῦτο ὄκνου ἦκων,  
ἀλλ' ἀμυνόμενος μὲν ἐδικαίου καὶ χειμῶνος καὶ ἐς τὰ χαλε- D  
πώτατα προϊέναι καὶ μηδένα ὑπολογίζεσθαι μήτε πόνον μήτε  
αὐτῷ κίνδυνον.

15 Ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησε, κατέστη ἐς τὴν βασιλείαν Μεχμέ-  
της. καὶ αὐτίκα μὲν ἐν τῇ Ἀμουράτειω τελευτῇ οἱ ἐν τῇ  
Ἀδριανοῦ πόλει νεήλυδες συνίσταντο ἀλλήλοις ὡς τῇ πόλει  
ἐπιθησόμενοι, καὶ ἐκτός τε τῆς πόλεως συναθροισθέντες ἐβου-  
λεύοντο ὅποι τῆς πόλεως ἐπιθοῖντο καὶ σφίσι χρήματα πο-  
20 ρίσαιντο ἀπὸ τούτου. ἐνταῦθα δὲ Χαλίλης ὁ Πραΐμεω τῶν  
θυρῶν τοὺς λοιποὺς ἐξοπλισάμενος, καὶ ἀπειλήσας, ἂν μὴ τὰ  
ὄπλα κατάθωιντο, μέγα τι κακὸν αὐτοῖς ἔσεσθαι ἀπὸ τούτου,

mitterent arbitrio fratris regis Cpolitani transigendam, obsides fidem-  
que invicem propter regionem dantes.

Sub idem tempus quo haec gesta sunt, Amurates Mechemetis filius  
mortem obiit, in convivio ictus apoplexia, quam nimia vini concive-  
rat copia. regnavit autem annis triginta duobus. regni successorem  
reliquit Mechemetem filium suum. habuit et alterum filium, quem  
tulit ex uxore sua Spenderae filia Amurates, vir iusti aequique exi-  
mius cultor. usus est fortunae aura non admodum adversa. provo-  
catus, ut se defenderet, bella occipiebat. lacessitus confestim in ar-  
mis erat: non autem iniuriis irritatus bellum aegre suscipiebat. nec  
id ignaviae adscripseris. nam si vis hostilis propulsanda erat, nec  
hieme cunctatur per loca asperrima incedere, nec pensi quicquam fa-  
cere vel labores vel pericula.

Hoc autem defuncto regni moderamen nactus est Mechemetes. at  
quamprimum mortem Amuratis acceperunt peregrini qui Adrianopoli  
erant, inter se coniurarunt ut urbem eam caperent. in unum autem  
locum extra urbem collecti deliberabant ubi vel quomodo urbem aggre-  
derentur, ut hinc opes plurimas colligerent. verum Chatites Priami filius  
reliquos ianuarum milites arma capere iubet; et illis minatur, ni con-

P. 199 ἐπειδὴ δὲ κατέθεντο τὰ ὄπλα, καὶ διέλυσε τὸν σύλλογον, ἐπ' οὐδενὶ ἀγαθῷ φάμενος ταῦτα ποιεῖν τοίτους. μετ' οὐ πολὺ δὲ ἀφικόμενος ἀπὸ τῆς Ἀσίας Μεχμέτης ὁ Ἀμουράτεω ἐπὶ τὴν βασιλείαν καθίστη τε τὰ ἐν τῇ ἀρχῇ ἢ αὐτῷ ἐδόκει πρὸς τὰ παρόντα ξύμφορα ἔσθθαι, καὶ τοῖς τε Ἑλλησι σπονδὰς 5 ἐποιεῖτο καὶ δέδοκε τὴν τῆς Ἀσίας παράλιον. καὶ δὴ καὶ τῷ Τριβαλλῶν ἡγεμόνι εἰρήνην ἐποιεῖτο, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, γυναῖκα τοῦ Ἀμουράτεω μητριαν δὲ αὐτοῦ, αὐτίκα ἔπεμπε τῷ πατρὶ χαριζόμενος, καὶ χώραν ἐπεδίδου ὄσσην ἐκτίησαιο. τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν βασιλείαν παριῶν 10 Β ἀνείλεν, ὕδατι ἐπιστομώσας αὐτοῦ τὴν ἐμπνοήν. ἀνείλε δὲ τοῦτον οἰνοχόος αὐτοῦ. Σαραπτάρης ὄνομα ἦν τούτῳ, ὃς οὐ πολλῷ ὕστερον ἐτελεύτησε. τοῦτον μὲν οὖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ταύτῃ διεχορήσαιο. τὴν δὲ ἑτέραν τοῦ Ἀμουράτεω γυ- 15 ναῖκα, Σπενδέρεω θυγατέρα, ἡρμόσατο ἀνδρὶ μέγιστον δυνα- μένῳ ἐν ταῖς θύραις, τοῦνομα Ἰσάκῳ, ὃν στρατηγὸν ἀπέδειξε τῆς Ἀσίας καὶ ἐφιλοφρονεῖτο αὐτὸν ἐς τὰ μάλιστα. καὶ τοῖς τε ἀπὸ Πελοποννήσου πρέσβεσι σπονδὰς ἐποιήσαιο.

Τελευτήσαντος δὲ δὴ Ἀμουράτεω Καραμᾶνος ὁ Ἀλιζούριος καὶ πρότερον μὲν εἶη ταράσσω, ὅπως τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ 20 Ἐὰριστάμενα συσταίῃ τε ἐπὶ τοὺς Ὀτουμανίδας καὶ αὐτὸς διὰ τοῦτο ἐπὶ μέγα χωρήσει δυνάμεως, ἐταράσσετο μεγάλως τὰ

9. ἡτήσαιο R      12. Σαραπτάρης] hoc nomen ante οἰνοχόος P  
20. ἦει? an αἶε?

tinuo arma ponerent, exitium. cum autem arma deposuissent, concionem dimisit, dicens eos nequaquam ex bona causa istud moliri. nec multo post ex Asia adveniens Mechemetes Amuratis filius ad regni gubernacula, rebus eam formam induxit quam in praesentiarum utilissimam fore rebatur. cum Graecis foedera sauxit, iisque maritimam Asiae regionem concessit. etiam cum Triballorum principe pacem fecit, cui filiam, Amuratis uxorem, ipsius vero novercam, remisit, putans se ei rem gratam facere. regionem eidem quantam antea contulit. fratrem suum, cum regni moderamen suscepisset, peremit, cum aqua infusa spiritum eius interclusisset. hunc autem interfecit regis pincerna nomine Saraptares, qui haud multo post fato functus est. fratrem suum in hunc modum e medio sustulit. Amuratis alteram uxorem, Spenderae filiam, in matrimonium collocavit viro in ianuis potentissimo, quem Isaacum nominabant. hunc plurimum diligebat, eumque Asiae ducem declaravit. foedus percussit quoque cum legatis, qui ab Peloponneso advenerant.

Mortuo Amurate Caramanus Halisurius, qui iam antea non cessabat Asianos incitare ut deficerent ab Turcis et contra Otomanidas bellum susciperent, sperans eo modo se maximam potentiam nacturum,



ἐν τῇ Ἀσίᾳ πράγματα. καὶ στρατὸν ἀγόμενος ἐπὶ τὴν βασι-  
 λέως χώραν ἐληίζετο τὴν χώραν καὶ ὑποζύγια. Μεχμέτης δὲ  
 ὡς ἐπύθειτο Καραμαῖνον ληίζεσθαι τὴν χώραν αὐτοῦ, οὐκ  
 ἠνέσχετο καὶ εὐθύς ἐστρατεύετο. καταλιπὼν δὲ Σαραζιήν  
 5 τῶν θυρῶν πρυτανέα, ἐπιτήδειόν τε αὐτῷ ὄντα, καὶ ἐς τὴν  
 Ἀσίαν διαβὰς ἤλανθεν ἐπὶ Καραμαῖνον καὶ ἐπὶ τὴν χώραν  
 αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐξέλιπε μὲν τὴν χώραν ἐπὶ τὰ ἄκρα τῶν ὄρεων, V. 156  
 ὡς καὶ πρότερον εἰώθει ἀπιέναι, ἐπρεσβεύσατο δὲ συμβου-  
 λεύσαντος Χαλίλεω τοῦ Πραΐμεω, καὶ ἐς ὁμολογίαν ἀφικό-  
 10 μενος ὑπουργεῖν αὐτῷ ὧν ἂν δέοιτο καὶ τὸ Κανδελόρον ἀπο- D  
 διδόναι ἔφη ἐτοιμος εἶναι. ὁ δὲ ἐπύθειτό τε καὶ ἐποιεῖτο τὰς  
 σπονδάς.

Καὶ ὑποστρέφων, ὡς ἐν τῇ Καλλιουπόλει ἐγένετο, ἀρι-  
 15 θμὸν ἐπεζήτητε τῶν νεηλύδων, ὅσοι ἀπῆσαν καὶ οὐ παρεγένοντο ἐς  
 τὴν ἐξέλευσιν ταύτην, καὶ τὸν μὲν ἄρχοντα αὐτῶν Ἀγιαπάσαν  
 καλούμενον λυμηνάμενος μάστιξιν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς τιμῆς, τοὺς  
 δὲ δεκαδόχους καὶ εὐνούχους καὶ πεντηκοντάρχους, ὧν ἀπῆ-  
 σαν οἱ νεηλῦδες, πρῶτον μὲν μαστιγώσας ἐξέβαλεν ἐκ τῆς τι-  
 20 μῆς. ταῦτα δὲ ἐποιεῖ, ὅτι αὐτῷ οὐκ ἐδήλωσαν στρατενομένῳ  
 ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὅστις τε παρεῖη καὶ ὅστις τε ἀπὼν τυγ- P. 200  
 χάνει. ἱερακοφόρους μὲν τοῦ πατρὸς ἑπτακισχιλίους ἔπαυσεν  
 αὐτοὺς ἐκ τῆς τάξεως, καὶ προσετίθει ἐς τὸν στρατὸν παρα-

16. ἐξέλαβεν P

17. ὧν] ὡς P

etiam eo tempore Asianos plurimum ad defectionem accendebat. in-  
 gressus itaque cum exercitu regis regionem eam populabatur et iu-  
 mentorum praedas agebat. Mechemetes ut audivit Caramanum suam  
 vastare regionem, rei indignitatem non ferens illico arma cepit et  
 relinquens Saraziem ianuarum principem, cum quo sibi artissima in-  
 tervenerat familiaritas, transgressus est in Asiam, bellumque Caramano  
 indixit, eiusque regionem evastavit. Caramanus regionem deserens  
 in montium cacumina, quemadmodum antea consueverat, se recepit.  
 verum postea legatos misit ad regem, suadente Chatite filio Priami,  
 dicens, si pacem daret, se, ubicunque usui esse possit, ipsi ministra-  
 turum. praeterea se paratum esse confitebatur restituere Candelorum.  
 quae ubi intellexit rex, eum in foedus admisit.

Reversus deinde, cum venisset Calliopolim, peregrinorum numerum,  
 qui in eam expeditionem non venerant, inquirebat. ducem autem  
 eorum, cui nomen erat Hagiapases, flagris caedens munere suo abire  
 iussit: eunuchos autem, et eos qui decem quique quinquaginta mili-  
 tibus praeerant, quorum peregrinis aberant, prius verberibus caesos  
 munere suo removit. poenas autem istas propterea dederunt, quod regi  
 contra Caramanum pergenti non indicassent quinam adessent quive ab-  
 essent. septem milia virorum erant, qui curabant accipitres regios; quos

γίγνεσθαι αὐτῷ ἐξελαύνοντι. καὶ τοὺς τε αὖ κυνῶν ἐπιστά-  
 τας καὶ τούτους ἐξήλασεν ἐκ τῆς τάξεως, φάμενος πλὴν ἐκα-  
 τὸν τοιούτων καὶ ἱερακοφόρων πεντακοσίων μὴ προσδεῖσθαι  
 αὐτὸν ἐπὶ πλέον, οὐδὲ ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἦκειν ὥστε ἀγ-  
 γοὺς τούτους τρέφειν ἐπὶ ματαίῳ καὶ καινοπρεπεῖ πράγματι. 5

Τῷ μὲν οὖν Πελοποννησίων ἡγεμόνι τῷ Δημητρίῳ συ-  
 νεμάχει πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἔτι διαφερόμενον, καὶ οὐκ ἐπέ-  
 τρεπε τὴν χώραν τῷ ἀδελφῷ. καὶ τὸν γε Τουραχάνη ἔπεμπε  
 Β συμμαχοῦντά τε αὐτῷ καὶ τὸν Ἴσθμὸν τέλεον καθαιρήσονται.  
 Θῶμας μὲν οὖν ξυνέβη τῷ ἀδελφῷ, ἐφ' ᾧ τοῦ λοιποῦ ξένους 10  
 τε καὶ φίλους εἶναι ἀλλήλοις, καὶ Καλαμίταν πόλιν παρε-  
 χόμενος ἀντὶ τῆς τῶν Σκορτῶν χώρας, ἣν τὸν ἀδελφὸν αὐ-  
 τοῦ ἀφελόμενος εἶχε.

Ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον ἐγένετο, καὶ Τζαγνισᾶ τῷ Κυ-  
 ραισοῦφω παιδὶ πρεσβείαν ἐς αὐτὸν πέμψαντι, καὶ αἰτου- 15  
 μένῳ ὥστε μὴ τὴν περὶ Σεβάστειαν χώραν ληΐζεσθαι, . . . .  
 βουτύρου τε χιλίας καμήλους, καὶ ἐμέλησε μὲν πόλεμον αὐτῷ  
 C προειπόντα ἐλαύνειν. Τζαγνισᾶς δὲ οὗτος, ὡς καὶ πρότερόν  
 μοι ἐδηλοῦτο, τελῶν ἐς τοὺς μέλανας Μαυροπροβατάντας οὐ-  
 τω καλουμένους, τοὺς Καραισοῦφω παῖδας τὴν τε Δαβριζίην 20  
 ἀφελόμενος συνήλασέ τε αὐτοὺς ἐπὶ Σαματίην πόλιν. ὠρ-  
 μητο δὲ ἀπὸ Παγδατίας τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐπολιόρκει, καὶ  
 τὴν Ἀρμενίων χώραν ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος, ἐς τὴν Ἐρζι-

#### 11. ἀλλήλους P

isto ex ordine deturbavit et milites esse iussit. etiam canum curatores  
 ab isto officio movit, inquiens sibi sufficere centum viros, qui canes,  
 et quingentos, qui accipitres curent. nec se eo stultitiae processu-  
 rum ut velit alere hominum tantam multitudinem propter rem quan-  
 dam vanam et novam.

Adiuvit Demetrium Peloponnesiacum principem in eo bello quod  
 cum fratre gessit, cui regione cedere recusabat. misit ei auxilio Tu-  
 ranchanem, ut Isthmum penitus destrueret. Thomas quidem in gra-  
 tiam rediit cum fratre, ut in posterum inter se amici et hospites fo-  
 rent. urbem Calamatam ei dedit pro Scortorum regione, quam fra-  
 tri ademptam possidebat.

Haec quidem hactenus. Tzanises Cariasuphis filius legationem  
 misit ad regem, petens ne regionem Sebastiae finitimam popularetur.  
 \* \* \* \* \* butyri et mille camelos. caeterum omisit bello eum pe-  
 tere, quamvis prior bellum indixisset hostis. Tzanizes autem ille per-  
 tinet, ut supra memoravimus, ad nigros Mauroprobatantes dictos, qui  
 Cariasuphis filios privatos Dabriza compulit in Samatiam urbem; quos  
 profectus a Pagdacia Babylone obsidione premebat. deinde subiugans  
 Armeniam, exercitum movit contra Erzeganam Armenorum re-

γανή τὰ τῶν Ἀρμενίων βασιλεία ἐπελαύνων παρεστήσατο,  
 ἔχων στρατὸν ἀμφὶ τὰς ὀκτὼ μυριάδας ἰππέας. καὶ ἐπελαύ-  
 ρων οὗτος ἐς τὴν κατὰ τὴν Ἀσίαν χώραν τοῦ Μεχμέτεω  
 ἐληξίετο. οἱ μὲν οὖν περὶ Σεβάστειαν, ὥστε σφῶν τὴν χώ-  
 5 ραν μὴ φέρειν αὐτόν, βουτύρον τε ἰκαίᾳ φορτία ἐφέροντο  
 καὶ αἰνῆ τὴν χώραν ἐνέμοντο. [ἐπὶ] τούτου μὲν οὖν τὴν  
 χώραν τοῦ Καραισούφειω παιδὸς Τζοκίης τῶν Τεμήρεω ἀπο-  
 γόνων, ὠρμημέτος ἀπὸ Σεμαρχάνδης κατεστρέφετο, καὶ τὴν  
 τε Παγδατίνην πόλιν τῆς Βαβυλῶνος ἐπολιόρκει, ὡς ἐν τοῖς  
 10 ἔμπροσθέν μοι ἐλέγετο, καὶ Χασάνην τὸν μακρὸν καλούμενον  
 ἐς τήνδε τὴν κάτω Ἀσίαν καὶ ἐπὶ Ἀρμενίαν πέμπων τὰ ἐς  
 τὴν χώραν ὑποχείρια ἐποιεῖτο. ταῦτα μὲν οὖν ἐς τοσοῦτον  
 ἐγένετο.

giam sedem, eamque occupavit, habens in suo exercitu circiter octo  
 myriades hominum. hinc movens ingressus est in Asiam, et Mech-  
 metis regionem vastare aggressus est. qui circa Sebastiam colebant, ne  
 ipsorum regio vastaretur, butyri magna onera portabant, et suam re-  
 gionem a populationibus illaesam retinebant. Tzokies unus de nu-  
 mero Temiris nepotum, profectus ad Semarchanda, eam Cariasuphis  
 filii regionem subegit. praeterea Pagdaciā Babylonis urbem, ut su-  
 pra edocuimus, obsidione cinxit. Chasanem cognomento Longum in  
 inferiorem Asiam et Armeniam mittens, omnia quae ad istam regio-  
 nem pertinebant in potestatem accepit. haec quidem hactenus

ΛΑΟΝΙΚΟΤ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΤ

ΑΘΗΝΑΙΟΤ

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE

ATHENIENSIS

HISTORIARUM

DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM

LIBER OCTAVUS.

1452 P. 201 V. 157 Τοῦ δὲ ἐπιγινομένου θέρους Μεχμέτης ὁ Ἀμουράτεω, παρ-  
ρασκευασάμενος ἄσβεστον ἐν τῇ Ἀσίᾳ ὡς πλεῖστον, ἠκοδόμει  
τὴν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατὰ τὴν Προποντίδα ἐν τῷ Βοσπόρῳ, ἣ  
στενωτάτον ἐστὶ διαβῆναι ἀπὸ Ἀσίας, πολίχνην Λαιμοκοπίην  
καλουμένην. καὶ σύμπαντας μὲν συνήθροισεν ἐνταῦθα τοὺς 5  
τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ, καὶ ἐπιδιελόμενος ἐς μοί-  
ρας τὴν πολίχνην ταύτην τοῖς τε στρατηγοῖς καὶ ὑπάρχοις  
ἠκοδόμει. τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὥστε ἀσφαλῆ αὐτῷ εἶναι τὴν ἐς

Appetente iam aestate Mechemetes Amuratis filius, praeparans in Asia plurimum calcis, condere instituebat in Europa, iuxta Propontidem in Bosporo, qua via ad transfretandum ex Asia artissima est, urbem Laemocopiam nuncupatam. universos qui in Europa et Asia erant, ad id opus percipiendum evocabat. qui cum impigre advenissent, aedificare auspicati sunt, cum prius in singulos duces et praefectos opus universum fuisset distributum. causa quae regem ad eam ur-



τὴν Ἀσίαν διάβασιν, καὶ μὴ τοὺς ἐσπερίους δύνασθαι ἐπιόν-  
 τας τριήρεσι διακωλύειν αὐτῷ τὴν διάβασιν καὶ καινοτομεῖ-  
 σθαι τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ αὐτῷ πράγματα. μέγα δὲ προσφέρειν P. 202  
 αὐτῷ ἔμελλε καὶ ἐς τὴν Βυζαντίου πολιορκίαν. ὤκοδόμει δὲ  
 5 πύργους τρεῖς μεγίστους πάντων ὧν ἴσμεν, δύο μὲν κατὰ  
 τὴν ἠπειρον, ὥστε ὠρμημένοι ἀπὸ τούτων ἀμύνειν τῷ ἐπὶ τῇ  
 θαλάττῃ ἐρχομένῳ, τοῦτον δὲ μέγιστον ἐπωκοδόμει, καὶ μο-  
 λίβδῳ τοὺς πύργους ἐστέγετο. τὸ δὲ πλάτος τοῦ τείχους πό-  
 10 δας δύο καὶ εἴκοσι, τῶν δὲ πύργων καὶ πλέον τούτων, τριά-  
 κοντα. ὥς δὲ ἐπιτετείχιστο ἐς τρεῖς μῆνας, ἐπέδραμέ τε ἀν-  
 τικά τὴν Βυζαντίου χώραν, πόλεμον αὐτῷ ἐξενεγκῶν.

Τοῦ δ' ἐπιγινομένου χειμῶνος Τουραχάνην ἔπεμπεν ἐπὶ  
 Πελοπόννησον, πολεμῶν ἅμα καὶ τοῖς βασιλέως Ἑλλήνων ἀδελ- B  
 φῶς. οὗτος μὲν οὖν λαβὼν τὸ Θετταλίας τε καὶ Ἐυρώπης  
 15 στρατεύμα, ὅσον ἐπὶ Φερῶν ἐς τὴν τοῦ Ἐυρώπης στρα-  
 τηγοῦ τάτισσθαι μῶραν, ἐστρατεύετο ἐπὶ Πελοπόννησον, τοὺς  
 τε παῖδας αὐτοῦ ἅμα ἀγόμενος καὶ ἄρχοντας τῶν Θεττα-  
 λίας καὶ Μακεδονίας πόλεων. καὶ ἐσβαλὼν ἐπορεύετο τὴν  
 μεσόγαιον, Ἀρκαδίαν τὸ παλαιὸν καλουμένην, καὶ διὰ Τεγέης  
 20 καὶ Μαντινείας ἐλαύνων κατῆει ἐπὶ τὴν Ἰθώμην καὶ Μεση-  
 νίαν χώραν, καὶ ληισάμενος ἐπὶ ἡμέρας συχνὰς τὰ τῆδε ὑπο-  
 ζύγια Νεπολίχνην παρεστήσατο. καὶ Σιδηροπολίχνην πολιορκ- C

7. τρίτον?

bem extruendam impulerat, haec erat, videlicet ut transitus in Asiam sibi facilis esset, et ne Occidentales venirent, navibusque traiectionem impedirent, novasque res in Asia molirentur. eam urbem plurimum quoque conferre iudicabat ad Byzantii oppugnationem. turres etiam tres, quas maximas novimus, posuit. duas extruxit iuxta continen- tem, ut ab his progressi irruere possent in naves quae mare legerent. harum alteram fecit maximam. turres praeterea plumbo intexit. latitudo muri erat pedem viginti duorum: at turrium latitudo erat maior, continens triginta pedes. cum muri iam starent, quos operae intra tres menses absolverant, impetum dedit in Byzantii regionem, ex professo cum Byzantiis bellum gerens.

Hieme iam instante Turachanem in Peloponnesum misit, ut ibi bello lacesseret Graecorum regis fratres. hic assumpto Thessaliae et Europae exercitu, quantus Pherris erat et Europaeo duci parebat, profectus est contra Peloponnesum, adhibitis etiam suis filiis. additi sunt huic et Thessaliae Macedoniaeque urbium principes. omnibus igitur paratis per mediterraneam, quam olim Arcadium dixere, et per Tegeam Mantineamque exercitum ducens, venit in Ithomae et Mese- nae regionem. cum autem diebus multis iumentorum praedas ex ea egisset, tandem etiam Neopolichnem cepit. obsidione deinde Side-

κῶν, ὡς οὐκ ἠδύνατο ἐλεῖν, ἀπήγαγε τὸν στρατὸν, ἐξελαύνων  
 διὰ τῆς ὁδοῦ. ἐνταῦθα ἐξελαύνοντος αὐτοῦ ὁ νεώτερος Ἀχ-  
 μάτης ἐάλω ὑπὸ Ἀσάνεω τοῦ ἡγεμόνος γυναικὸς ἀδελφοῦ,  
 V. 158 ἐνεδρεύσαντος ταύτῃ περὶ Μυκίτης χώρας, ἣ ἔμελλεν ἐξελαύν-  
 ων διὰ τῆς ὁδοῦ διεξιέναι. τοῦτον μὲν οὖν ἀπαγαγόντες ἐς 5  
 Σπάρτην παρὰ τὸν ἡγεμόνα εἶχον ἐν φυλακῇ, ἐς ὃ δὴ ἀπέ-  
 θωκαν.

Τοῦ δὲ ἐπιγινόμενου θέρους ἄμα ἤρι εὐθύς καθισταμέ-  
 νῳ ἐστρατεύετο ὁ Μεχμέτης ὁ Ἀμουράτεω ἐπὶ τὴν Βυζαντίου  
 πόλιν, καὶ πρότερον μὲν εὐθύς διανοούμενος, ἐπεὶ τε ἐτετεί- 10  
 D χιστο αὐτῷ τὴν ἐν τῇ Προποντίδι Λαιμοκοπὴν καλουμένην  
 πόλιν. καὶ χειμῶνος τὸ τῆδε εὐθύς ἔτι ἐπηρητημένου περιγα-  
 γέλλων ἀπανταχῇ τῆς τε Ἀσίας καὶ Εὐρώπης ἐς τὴν πύρα-  
 λον ναυπηγεῖσθαι, πλοῖά τε καὶ τριήρεις παρεσκευάζετο, τη-  
 λεβόλους ποιούμενος μεγίστους δὴ ὧν ἡμεῖς ἐς ἐκείνον ἴσμεν 15  
 τὸν χρόνον ἄλλη πη γεγονέναι. ὡς δὲ ἐδόκει αὐτῷ ἤδη ὥρα  
 εἶναι ἐξελαύνειν, ἔπεμπε μὲν πρῶτα τὸν τῆς Εὐρώπης στρα-  
 τηγὸν Σαρατζιαν παραλαβόντα τε τὸν τῆς Εὐρώπης στρατὸν,  
 τοὺς τε τηλεβόλους ἄγειν ἐς Βυζάντιον ἄλλας τε μηχανᾶς καὶ  
 δὴ καὶ τηλεβόλον μέγαν. εἶναι δὲ τοῦτον τὸν τηλεβόλον ὡς 20  
 ζεύγη βοῶν ἔλκειν ἑβδομήκοντα καὶ ἄνδρας ἐς δισχιλίους.  
 P. 203 ἀφικόμενος μὲν οὖν οὗτος καὶ πρότερον τοὺς ἐν τῇ Βυζαν-

## 16. ποι P

ropolichnem circumvenit; quam cum suae ditionis facere non posset, exercitum abduxit. cum autem cum exercitu proficisceretur, Achmatēs iunior Turachanis filius captus est ab Asane, qui erat frater uxoris quam duxerat Peloponnesi princeps. hic enim ei insidias struxit circa Mycenarum regionem, qua erat iter facturus hostis. Achmatem captum deduxerunt in Spartam ad principem, eumque donec suis restitueretur, in vinculis habuerunt.

Aestate deinde sequente, ubi primo ver apparuit, Mechmetēs Amuratis filius expeditionem contra Byzantium sumebat. iam antea istam expeditionem mente conceperat, verum prius in Propontide urbem Laemocopiam aedificare volebat. cum autem hiems adhuc saeviret, edicit ut omnes qui in Asia quique in Europa agerent, ad maritima loca convenirent ad classem fabricandam. naves et triemes fabricabantur. bombardas fieri curavit maximas, quantas novimus ea tempestate nunquam extitisse. cum iam tempus postulare videret ut ipse bello se immisceret, Europae ducem Saratziam iubet cum exercitu Europae praecedere; bombardas et reliquas belli machinas, necnon bombardam maximam Byzantium subvehere. tanta huius bombardae magnitudo extitit, ut a septuaginta iugis boum et a viris bis

τῶν χωρῶν πύργους, ἐς οὓς διεσώζοντο οἱ περὶ τὰ ἔργα ἀγροῦ-  
 κοι ἄνδρες, τοὺς μὲν ἐξεπολιόρκησε λιμῶ, τοὺς δὲ καὶ ἐλῶν  
 κατὰ κράτος τοὺς ἄνδρας ἀπαγαγὼν κατέσφαξε· καὶ τότε δὴ  
 ὡς ἀφίκετο ἐπιῶν, ἐπέδραμε τὴν Βυζαντιῶν χώραν οὐ πολλῶ  
 5 δὲ ὕστερον ἐπελαίῳν καὶ αὐτὸς βασιλεὺς ἐστρατοπεδεύετο  
 ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν· καὶ τὸν μὲν ἐπὶ δεξιᾷ χώρον  
 τοῦ βασιλέως ἐς τὰς χρυσέας καλουμένας πύλας ἐστρατοπε-  
 δεύετο τὸ τῆς Ἀσίας ἦσαν στρατεύματα, ἐς δὲ τὸ εὐώνυμον  
 χωρίον κατὰ τὴν ἑσπέρην καλουμένην πύλην ὁ τῆς Εὐρώ-  
 10 πης στρατός· ἐν μέσῳ δ' αὐτὸς ἴδρυτο βασιλεὺς, ἔχων τε  
 τοὺς νεήλυδας καὶ τῶν θυρῶν ὅσοι εἰώθασι περὶ βασιλεῖα  
 σκηνοῦν. Ζάγανος δὲ ὁ τοῦ βασιλέως κηδεστής ἐστρατοπεδεύετο  
 ἐς τὸν καταντικρὺ χώρον ὑπὲρ τὴν Γαλατίαν πόλιν· λέγεται  
 δὲ γενέσθαι ξύμπαντα τὸν στρατὸν ἀμφὶ τὰς τεσσαράκοντα μυ-  
 15 ριάδας. τῶν δὲ ὑποζυγίων διαπλασίῳ ἢ τούτων ἀριθμὸν  
 ξυμβαίνει γενέσθαι ἐς τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον· ὑπο-  
 ζύγια γὰρ νομίζεται ἐς τὸ στρατόπεδον περιάγεσθαι πολλα-  
 πλάσια τῶν ἀνθρώπων, ὥστε σιτία ἐπιφέρεισθαι ἱκανὰ σφίσι  
 τε αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἵπποις τε καὶ ἀνδράσι· μόνου δὲ  
 20 οὗτοι ἀνθρώπων ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἀσφαλιζόμενοι σφίσι τὰ  
 ἐπιτήδεια, ὅποι ἂν στρατεύονται, ὥστε ἀνάρκη εἶναι αὐτοῖς,  
 καὶ καμήλους καὶ ἡμιόνους ὡς πλείστας περιάγονται ἐς τὰ  
 ἐπιτήδεια καὶ ἡμιόνους ἐς τὴν ἄλλην αὐτῶν εὐδαιμονίαν, C

mille trahenda fuerit. Saratzias ubi advenit Byzantium, turres, in  
 quas agricolae se recipiebant fugientes hostem, quasdam fame expu-  
 gnavit, quasdam vi cepit; viros inde abductos necavit. etiam Byzan-  
 tii regionem gravissime populationibus afflixit. nec multo post secutus  
 est rex ipse, et castra posuit quae ab una maris parte in altera por-  
 rigebantur. in eo loco qui a dextris regi erat, usque ad eum locum  
 qui Aureae portae dicitur, castrametatus est Asianus exercitus. in  
 sinistra parte iuxta locum qui Lignea porta appellatur, Europae ex-  
 ercitus tendebat. in medio regia castra sita erant cum peregrinis et  
 ianuae militibus, qui castra circa regem ponere consueverunt. Zaganus  
 regis affinis e regione supra Galatiam urbem castra communierat.  
 quadraginta myriades hominum dicuntur tum temporis in exercitu  
 regis fuisse. numerum autem iumentorum apud omnes constat duplo  
 maiorem fieri, ut satis alimenti pabulique equis hominibusque esset:  
 soli etenim Turci, quod sciam, sibi necessaria semper apportant, quo-  
 cunque tandem bellandi gratia proficiscantur. praeterea, ut comnea-  
 tuum copia abundent, camelos et mulos quamplurimos, ut in neces-  
 sariis serviant, secum duunt. mulos quidem habent propter aliam  
 ipsorum felicitatem. singuli vero equos camelos mulosque pulchrio-

αὐτός τις ἕκαστος ἵππους τε καὶ καμήλους καὶ ἡμιόνους τοὺς καλλίους ἑαυτῷ ἐπειγόμενος ἐνδείκνυσθαι. παραγενομένῳ δὲ βασιλεῖ οὐ πολλῶν ὕστερον πυρῆν καὶ ὁ στόλος αὐτῷ διὰ θαλάσσης, τριήρεις μὲν ὡς τριάκοντα, πλοῖα δὲ μικρὰ ἀμφὶ τὰ διακόσια.

5

Ἕλληνας μὲν οὖν ὡς ἐπύθοντο ἐπιέναι σφίσι τὸν βασιλέως στόλον, διὰ θαλάσσης πέδας σιδηρᾶς διατείνοντες ἀπὸ τῆς καταντικρῦ πόλεως ἐς τὸ τεῖχος τοῦ Βυζαντίου, παρὰ τὴν ἀκρόπολιν καλουμένην, καὶ τὰς τε ναῦς, ὅσαι ἔτυχον παραγεγόμεναι αὐτοῦ, αἱ μὲν μετὰ ξυμμαχιῶν αἱ δὲ καὶ ἔμπο- 10 ρίας χάριν, φέροντες καθίστασαν ἐς τὰς πέδας. καὶ οὕτω διενοοῦντο διακωλύειν τὸν βασιλέως στόλον μὴ παριέναι εἰσω **D** ἐς τὸν Βυζαντίου λιμένα. διήκει γὰρ ἐντὸς ἐπὶ σταδίου κατατὰ μὲν τὴν πόλιν ὄγδοήκοντα, ἐπὶ δὲ τὴν ἄλλην ἡπειρον τῆς χώρας ἐπὶ ἑκατὸν καὶ πενήκοντα. τὸ μὲν οὖν τεῖχος 15 ταύτης τῆς πόλεως οὐ πάντι ὄχυρόν ὃν οὔτε ρεύματα ἔχει μεγάλα, ὥστε τὰ πλοῖα παραπλέοντα πρῶγματα ἔχειν. καὶ ἡπειρον δὲ ἑσπέρην δύο τεῖχεσσι τῆς πόλεως, τὸ μὲν μέγα τε καὶ ἄξιον λόγου, τὸ δὲ ἔλαττον, ἐκτὸς ἐς τὴν τάφρον ὑπερκειμένον. τάφρος δὲ ἔπεστιν ὀικοδομημένος λίθοις, τὸ εὖρος πλε- 20 θριαία. τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ καὶ τοῖς Ἕλλησι βουλευομένοις ἐδέδοκτο παρατασσομένοις ἐς τὸ ἐκτὸς τεῖχος ἀμύνεσθαι, οἷα τῷ τάφρῳ ὑπερκειμένον, κατὰ τὰ πρὶν δεδογμένα σφίσι ἐπὶ **P. 204** Ἀμουράτεω, ὅτι ἐπολιόρκει τὴν πόλιν.

res ostentandi gratia adducunt. rex cum venisset Byzantium, haud multo post secuta est classis regia, in qua erant triremes triginta, naves minores ducentae.

Graeci ubi intellexerē adversum se adventare classem regiam, catenas ferreas ab urbe quae ex adverso erat, extenderunt in Byzantii murum prope arcem. naves praeterea quotquot aderant, quarum quaedam auxilii ferendi gratia quaedam mercium appulerant, intra catenas sistunt, ut aditu regiam classem excluderent, ne intra portum veniret. is enim ad urbem patet stadiis octuaginta, et in continentem se porrigit stadiis centum et quinquaginta. urbis quidem illius moenia haud admodum firma sunt, nec admodum magna flumina habet, ut naves advenientes periclitentur. qua vero urbs spectat continentem, muros habet duos firmissimos. unus magnus et memorabilis est, alter extra situs est, verum praecedenti minor, fossam subiectam habens latitudine iugeri, lapidibus extractam. rex cum Graecis deliberabat ubinam resistendum esset hosti. tandem visum est ut irent in exteriorem murum, qui fossa munitus erat, et repugnarent hosti, quemadmodum fecerant, cum Amurates Byzantium oppugnaverat.



Βασιλεὺς μὲν οὖν αὐτίκα τὰς τε μηχανὰς καὶ ἄλλας  
 ἄλλη τῆς πόλεως προσέφερε, καὶ τοὺς τε τηλεβόλους δύο ἰδρυ-  
 σάμενος ἔκτυπε τὸ τεῖχος. Ἰδρυτο δὲ ὁ μὲν τῶν τηλεβόλων  
 5 κατα τὰ ἐκείνων βασιλεια, ὁ δὲ κατὰ τὴν τοῦ Ῥωμανοῦ κα-  
 λουμένην πύλην, ἣ δὴ καὶ αὐτὸς ἐστρατοπεδεῖτο βασιλεύς.  
 ἰδρυντο μὲν καὶ ἄλλη πολλαγῆ τοῦ στρατοπέδου τηλεβόλοι,  
 βάλλοντες ἐς τοὺς Ἑλληνας· οὗτοι δὲ δύο μέγιστοι λίθον  
 ἕκαστος ἠφίεσαν διτάλαντον καὶ ἐπέκεινα. τοὺς δὲ λίθους μέ-  
 λανας ὄντας λέγεται ἐνεγκεῖν, οἷς ἐπέτακτο, ἀπὸ Εὐξείνου  
 10 πόντιου ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον. τηλεβολιότης δ' ἦν τοῦ Β  
 βασιλέως τοῦνομα Ὀρβανός, Δαξ τὸ γένος, καὶ πρότερον παρ'  
 Ἑλλησι διατριβών, καὶ τοὺς τε Ἑλληνας ἀπολιπὼν δεόμενος  
 βίου, ἀφίκετο παρὰ τὰς Θύρας τοῦ βασιλέως· ὃς τότε δὴ  
 μεμισθωμένος πολλοῦ παρεσκευάσατο τοὺς τηλεβόλους. ἠφίεν-  
 15 το δὲ οὕτω. πρῶτα μὲν ἐλάττους τηλεβόλους δύο παρὰ τὰ  
 πλάγια τοῦ μεγάλου ὄντες ἠφίεντο, λίθον ἐπαφιέντες ἡμιτά-  
 λαντον. καὶ οὗτοι μὲν οἱ δύο λίθοι φερόμενοι ἐδήουν τὸ  
 τεῖχος. μετὰ δὲ τοὺς δύο λίθους ἠφίετο καὶ ὁ μέγας λίθος,  
 τρία τάλαντα ἐν σταθμῶ ἔχων, καὶ μέγα μέρος κατεβάλ- C  
 20 λετο τοῦ τεύχους· ὁ γὰρ λίθος δαιμονίᾳ φερόμενος ὀίμη  
 καὶ φορᾷ ὑπερφρεῖ ἐλυμαίνετο ἀνηκέστως. λέγεται δὲ τὸν  
 ψόφον αὐτοῦ ἀμήχανόν τινα ὄντα ἐπέχειν τὴν γῆν πέ-

## 21. ὑπερφρεῖ Ρ

περί τῆς πόλεως τῆς Ῥωμαίων καὶ τῆς Ἑλληνικῆς πόλεως

Rex Mechemetes continuo machinas plurimas urbi admovit. bom-  
 bardas duas expediebat, quibus moenia sterneret. unam opposuerat  
 regali Graecorum palatio: alteram direxerat in Romani nominatam  
 portam, ad quam regis castra erant. erant autem bombardae per castra  
 undique dispersae, quae globulos in Graecos iactabant. bombardae  
 quas rex habebat, duae maximae emittebant lapidem qui appendebat  
 talenta duo aut amplius: lapides hi nigri erant, et apportabantur ab  
 Euxino ponto per eos quibus rex id negotii dederat. bombardarius  
 regis nomine Orbanus genere Dacus erat, et antea conversatus erat  
 cum Graecis. deinde relinquens Graecos inopia rei familiaris, acces-  
 serat ianuas regis. hic ab rege conductus magno pretio bombardas  
 parabat. ea autem tempestate qua Byzantium oppugnabatur, bombar-  
 dae duae, quae stabant ab utroque latere maioris bombardae, incen-  
 debantur. hae emittebant lapidem cuius pondus erat dimidium tal-  
 entum. hae itaque cum globos suos torquerent, muri lapides per-  
 fringebant. eos deinde sequebatur bombardae maxima, quae torque-  
 bat globum cuius pondus continebat tria circiter talenta, et magnam  
 muri partem sterneret. nam is globus mirum in modum magno im-  
 petu latus graviter omnia dissipabat. bombardae huius tonitru tan-  
 tum esse traditum est, ut finitima regio usque ad quadraginta stadia

ριξ ἐπὶ σταδίους τεσσαράκοντα σειομένην. κατεβάλλετο μὲν τὸ ἐκτὸς τεῖχος καὶ οἱ πύργοι ὑπὸ τῶν τηλεβόλων, καὶ τὸ ἐντὸς ἅμα εὐπύτετο. ἤφει δὲ τῆς ἡμέρας ὁ τηλεβολος λίθους ἑπτὰ, καὶ ἕτερον τῆς νυκτός, κομισόμενος τῆς ἡμέρας τὸ σημεῖον, ἧ ἔδει αὐτὸν ἀφιέναι. καὶ οὕτω τὴν ἀρχὴν ἐκ-5 πληξίς τε ἅμα καὶ δέος ἔσχε τοὺς Ἕλληνας. οἱ δὲ νεήλυδες καὶ ὁ ἄλλος στρατός ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου στεγάζματα πύλοισ  
 D λευκοῖς τε καὶ ἐρυθροῖς παρασκευασάμενος, ἀπὸ τοῦ στρατοπέ-  
 δου εἰς τὸ τεῖχος φέροντες καὶ εἰς τὴν τάφρον τῆς πόλεως, καὶ τὸ ἐκτὸς τῆς τάφρου κατορύσσοντες, καὶ ὑπὰς ποιησάμενοι, ἐβαλ- 10 λον τοὺς Ἕλληνας τηλεβόλοις καὶ ἐτόξευον, οὔτε ὄρωμενοὶ οὔτε ἄλλο ἀνήκεστον πάσχοντες ὀτιοῦν πρὸς τῶν Ἑλλήνων. οὐ γὰρ οἶά τε ἦν. ὠρύσσειτο μέντοι καὶ ὀρύγματα τῷ βασιλεῖ ὑπὸ γῆν φέροντα εἰς τὸ τεῖχος. καὶ οἱ τε ὀρυκταὶ τοῦ βασιλέως πύργους καθίστασαν ἐπὶ ξύλων μετεώρους τέσσαρας καὶ ἐπι- 15 πύργια, ὡς αὐτίκα πῦρ ἐνήσοντες ἢ αὐτά. οὐ μέντοι γε προε-  
 P. 205 χώρησεν τὰ ὀρύγματα. οἱ γὰρ Ἕλληνες ὡς ἤσθοντο τοὺς πο-  
 λεμίους ὀρύσσοντας, εἰδόθην ὠρύσσόν καὶ αὐτοί, καὶ προΐον-  
 τες εἰδὼν τοὺς βασιλέως ὀρυκτάς, καὶ ἐξέωσαν πῦρ ἐνιέτιες, 20 καὶ ἐπεκράτησαν τῶν ὀρυγμάτων. ἐπεποίητο μὲν καὶ πύργος 20  
 V. 160 τοῦ πύργου, ὡς διὰ τούτων πειρασομένων τοῦ τεύχους καὶ ὑπερβαλλομένων.

concuteretur. murus externus necnon turres bombardis disiciebantur. etiam internus murus bombardis arietabatur. bombardam maximam interdiu septem eiaculabatur globos, noctu unum, qui diei signum erat, et indicabat ubinam eo die globos torqueri oporteret. et quidem primo terror iniiciebatur Graecis maximus. at peregrini et reliquus exercitus, parantes tegmenta et pluteos ex lanis coactis rubris et albis pro castris, subibant murum et ingrediebantur fossam urbis, satis muniti et tecti iis tegmentis. praeterea perfodientes eum locum qui extra fossam erat, faciebant foramina, ex quibus bombardarum globulis et sagittis graviter afflixere Graecos, cum interim ipsi nihil mali ab his paterentur, nec videri possent. nam ne nocere quidem Turcis Graeci, etsi maxime voluissent, poterant. rex quoque curavit effodi cuniculos, qui in urbem ferrent. fossores, qui cuniculos agebant, excitarunt turres quattuor excelsas, quae insistebant mathinis ligneis, et alia propugnacula, ex quibus illico ignem iacularentur in hostem. cuniculi tamen haud prosperum invenere eventum. nam Graeci, ut sensere hostem cuniculos agere, fodiendo Turcis occurrerunt, eosque iniecto igne expulere cuniculis, cuniculosque obtinere. Turci parabant turrinam ligneam excelsam admodum, in suprema eius parte ponebantur scalae plurimae, quasi isto propugnaculo freti murum tentare et superare vellent.

Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἤπειρον παρεσκευάστο τῷ βασιλεῖ  
 ἐς τὴν πολιορκίαν· κατὰ δὲ τὴν θάλατταν, ὡς οὐκ ἠδύνατο  
 παριέναι εἴσω ἐς τὸν λιμένα ὥστε πανταχῇ τῇ πόλει προσβάλ-  
 λειν, ἐδόκει αὐτῷ ἄνω κατὰ τοῦ Ζαγάνου στρατιόπεδον ἀνε-  
 5 κλῦσαντα ὑπερείδειν τὰ πλοῖα ἐς τὸν λιμένα. καὶ ταύτη μὲν B  
 ἄνω διὰ τοῦ ὄρους διέβενξε τὰ πλοῖα, παρεσκευασμένα ἰστί-  
 οῖς τε καὶ κώποις, ἐλκόμενα ἐς τὸν αἰγιαλὸν τοῦ λιμένος.  
 διεβίβασε δὲ πλοῖα ἐς τὰ ἐβδομήκοντα, πεντηκοντόρους τε καὶ  
 τριηκοντόρους, καὶ οὕτω παρεσκευάζετο ὡς τῇ ὑστεραίᾳ ἐπι-  
 10 πλεσοίμενα ἐς τὸν λιμένα. καὶ ταύτη κατὰ τὸν αἰγιαλὸν  
 οἱ τοῦ βασιλέως παρασκευασάμενοι τηλεβόλοις διεννοῦντο  
 ἀμύνεσθαι, ἣν τις ἐπὶ διακωλύσων τὰ πλοῖα καθέλκειν ἐς  
 τὴν θάλασσαν. Ἕλληνες γὰρ ὡς ἐώρων τὰ πλοῖα εἰοιμα κατὰ  
 τὸν αἰγιαλὸν τοῦ λιμένος πληρώσαντες πλοῖα ἕσα ἐπὶ ἂν  
 15 τοῖς, καὶ ἐπιόντες κατακαῦσαι, ἦν δύνωνται, τὰ πλοῖα, καὶ  
 ἐπεὶ τε ἔδοξεν, ἐποίουν οὕτω, καὶ πληρώσαντες πλοῖα καὶ C  
 ἐξοπλισάμενοι ἐπήεσαν ὡς κατακαύσοντες, ὥσπερ ἔχουσιν  
 ἀνείλκυσμένα τὰ πλοῖα. οἱ μὲντοι Τούρκοι αἰσθανόμενοι αὐ-  
 τοὺς ἐπιόντας, καὶ ἀφιέντες τοὺς τηλεβόλους, διέφθειραν τῶν  
 20 πλοίων δύο τριηκοντόρους. καὶ τὰ μὲν πλοῖα εὐθὺς κατε-  
 δύνειο, οἱ δὲ ἄνδρες, ἕσοι μὴ ἠπίσταντο γήγοντες, εὐθὺς ἀπώ-  
 λοντο. τούτων δ' αὖ ὅσοι ἐξέενυσαν ἐς τὸν αἰγιαλὸν παρὰ

1. παρασκευάστο P 15. καὶ] ὡς?

Haec quidem in continenti fiebant, si quo modo tandem urbis  
 oppugnatio procederet. quo pacto autem urbs illa mari oppugnari  
 coepta sit, nunc exponam. cum non posset a mari appellere  
 intra portum, ut urbs simul terra marique oppugnationem sustineret,  
 statuit supra, iuxta Zagani castra, navigia reflectere, ibique ea quasi  
 munimentum contra portum collocare. et hic quidem in superiore  
 parte per montem navigia transportavit, quae velis remisque instructa  
 in litus portus egit. in hunc modum naves transmisit septuaginta,  
 necnon alias naves, quae tribus et quae quinque impelluntur remis.  
 omnia sic erant ordinata quasi in crastinum intra portum navigare  
 vellent. in litore stabant milites parati propulsare hostes bombar-  
 dis, si accederent, prohibitori deducere naves. Graeci ubi animad-  
 verterunt naves hostiles in litore portus stare, naves quotquot ad  
 manus erant militibus impleverunt, conantes accedere et regis naves  
 incendere. Graeci, ubi primum haec sententia recepta est, id facere  
 aggressi sunt. implentes itaque navigia armatis profecti sunt, ut com-  
 burerent naves regis in portu stantes. Turci ut intellexerunt Graecos  
 accedere, bombardas arripientes naves Graecorum duas corruerunt,  
 quae continuo mergebantur. viri qui natare nesciebant, a Turcis ca-

τοὺς Τούρκους ἐάλωσαν· καὶ οἱ Τούρκοι, ὡς ἡμέρα τάχιστα ἐγεγόνει, ἀπαγαγόντες τούτους ἐς τὰς πύλας τῆς πόλεως διέφθειραν. Ἕλληνες δὲ — ἦσαν δὴ παρ' αὐτοῖς Τούρκων τινές, οἱ ἐάλωσαν, δέσμοι· ἀπαγαγόντες καὶ οὗτοι τούτους ἐς τὰς ἐπάλλξεις ἐναντίον τοῦ στρατοπέδου κατεχρήσαντο, ἴσα 5  
 D πρὸς ἴσα σφίσι διαχειριζόμενοι γίνεσθαι περὶ τοὺς ἀιχμαλώτους. τὰ μέντοι πλοῖα τοῦ βασιλέως, ὡς οὐδεὶς ἔτι διεκώλυε καθειλκυσμένα, ἀπέπλει ἐς τὴν πόλιν.

Καὶ ἐνταῦθα αὐτίκα βασιλεὺς γέφυραν ἐποιεῖτο ἀπὸ τῆς καταπικρῆς ἡπείρου τῶν Κεραμαρείων καλουμένης χώρας, ἐς 10 τὴν πόλιν φέρουσαν; δυοῖν πύθων ξυλίνοιον ξυνηρμοσμένοι καὶ συνδεδεμένοι ἀλλήλοις ἰσχυρῶς, ὥστε διαβαίνειν τὰ στρατεύματα ἀπὸ τοῦ Ζαγάνου στρατοπέδου ἐπὶ τὴν πόλιν. καὶ συνέβαινεν οὕτω ἀπανταχῆ πολιορκεῖσθαι τὴν πόλιν, καὶ τὰ τῆς πόλεως ταῦτα πράγματα καὶ Ἑλλήνων ἀσθενῆ γίγνε- 15 σθαι. ἅτε γὰρ τῆς πόλεως ἐπὶ πολὺν διηκούσης (ἢ γὰρ περὶ τῆς πόλεως μεγίστη αὕτη τῶν ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἐπὶ ἑκα-  
 P. 206 τὸν ἑνδεκάτῃ σταδίου γενομένη) διανεμομένων τῶν ἀνδρῶν τῆς πόλεως ἀπανταχῆ, οὐ πάντι ὄγυρὰ ἐγένετο. καὶ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῖς τηλεβόλοις εἵνυπε τὸ τεῖχος ἰσχυ- 20 ρῶς, καὶ κατέβαλε μέγα μέρος, πύργους τέσσαρας καὶ ἐπιπύργια. ὡσαύτως καὶ ἐς τὸ μέγα τεῖχος τοὺς τε πύργους

pti sunt. Turci, ubi primum dies apparuit, captivos ad urbis portas adductos, in Graecorum conspectu maclarunt. erant et apud Graecos quidam Turci, qui in vinculis asservabantur. Graeci igitur hos in pinnas muri raptos e regione hostilium castrorum interemerunt. et in hunc modum captivorum caedes compensata est. naves regiae, cum nemo esset qui eas prohiberet, navigarunt ad urbem.

Quo cum appullissent, rex illico pontem fecit e regione continentis, quae Ceramariorum appellatur. is in urbem ferebat; et extructus erat ex doliis, quae bina coniungebantur et fortiter connectebantur. per eum ex Zagani castris ad urbem iter erat. et quidem in hunc modum contigit, ut urbs omni a parte obsidione artaretur. copiae quoque Graecorum subinde infirmiores reddebantur, cuius causa erat urbis amplitudo. Ambitus enim huius urbis maximus est earum quae apud nos sunt urbium: continet enim in circuitu centum et undecim stadia; cum autem milites undique per urbem distribuerentur, accidit ut minus munita foret, cum exercitus in hunc modum distraheretur. iam quadraginta diebus murus bombardis fortiter quasiatus erat. ceciderant turres quattuor, necnon alia propugnacula, naurique pars magna. corruerant praeterea turres maioris muri bom-



κατέβαλεν. οἱ δὲ Ἕλληνες τὴν ἀρχὴν μὲν καὶ οὗτοι τοὺς  
 παρὰ σφίσι τηλεβόλους ἰδρυσάμενοι κατὰ τὸ τεῖχος ἤφριεσαν  
 καὶ οὗτοι λίθον ἔλκοντα τρία ἡμιτάλαντα σταθμὸν, καὶ ἔβα-  
 λον ἐς τὸν τοῦ βασιλέως τηλεβόλον. ἀλλ' ἐσειέτο μὲν τὰ B  
 5 τείχη καὶ ἐβλάπτειό σφίσι, οὐ μέντοι ἦννόν οὐδέν. καὶ ὁ  
 μὲν μείζων τηλεβόλος διεσπρήγγνυτο ἀντίκα, ὅτε πρῶτον ἤφριετο.  
 καὶ τὸν τηλεβολιστὴν ἐν αἰτίαις εἶχον ὡς διεσφαρμένον ὑπὸ  
 βασιλέως, καὶ ἀπῆγον θανάτου· οὐ μέντοι γέ φανερόν εἶχον  
 σημεῖον ὡς κολάζειν, καὶ ἀπέλυσαν. ἐς δὲ τὸ τεῖχος ὃ κατε-  
 10 βάλλετο ὑπὸ τῶν βασιλέως τηλεβόλων, κλίμασί τισι καὶ πί- V. 161  
 θοις ξυλίνοις φραξάμενοι ἡμύνοντο, νυκτὸς ἐπιτελοῦντες ταῦτα  
 διὰ σπουδῆς αὐτοῖς. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ, ἐν ᾧ ταῦτα ἐγίνετο, ἠγγέλλετο  
 τῷ βασιλεῖ ὡς νῆες ἐπιπλέουσιν ἀπὸ τοῦ Αἰγαίου ἐπὶ τὸ Βυ- C  
 15 ζάντιον, δύο φορτίδες, μία μὲν μείζων τῶν Ἰαννίων, ἡ δὲ  
 ἐτέρα τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως, οἷον ἐπιφέρουσαι. τοῦτο μὲν  
 ὡς ἐπύθετο, τάχιστα ἐπλήρου τὰς τε τριήρεις καὶ πλοῖα, καὶ  
 ἐπεμπεν ἐπὶ τὰς ναῦς ἤδη ἔγγυς οὔσας καὶ ἐπιφερομένας  
 πνεύματι ἰκανῶς ἐς τὴν πόλιν. τὰ μὲν οὖν πλοῖα καὶ αἱ τριή-  
 20 ρεις ἀνήγοντο ἐς τὰς ναῦς, καὶ ἐμβάλλουσι μὲν τῇ Ἑλληνικῇ  
 νηὶ τὰ πρῶτα. καὶ παρὰ βραχὺ ἄλλω, εἰ μὴ ἡ Ἰαννίων ναῦς  
 ἐπιστραφεῖσα ἡμυνην αὐτῇ· φέρουσα γὰρ ἐνέβαλεν ἐς τὰς

17. Ἐναντίως P

bardis ictae. Graeci quidem primo et ipsi bombardas suas expediebant, easque in hostem dirigebant. Graecorum bombardae emittebant globum cuius pondus erat talentum cum dimidio. harum unam opponebant Mechemetis bombardae maximae. verum quando globum ei aculabatur, tantus edebatur sonus ut moenia moverentur Graecisque plus detrimenti quam Turcis inferret. quapropter parum efficiebant. bombardae enim, quam habebant, maxima, ubi primum incensa est, dissiluit. hinc irati contra bombardarium insurrexerunt quasi muneribus ab Mechemete corruptum, eumque capitis anquirebant. cum autem nullum satis manifestum signum, quo crimen comprobaretur, invenirent, crimine eum absolverunt atque impunitum dimisere. moenia quae Turci bombardis straverant, noctu scalis quibusdam et doliis obstruentes reficiebant summa celeritate.

Interea cum haec fierent, nuntiatur Mechemeti duas naves onerarias ex Aegaeo navigare Byzantium. una quidem, et quae magnitudine praestabat, lanuensium erat: altera vero erat regis Graecorum, commeatum adportans. haec ubi accepit rex, continuo triremes et alias naves militibus compleri iubet, quas misit contra hostiles naves iam propinquas, quia satis

τριήρεις, καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐπεβόα διακελευόμενος τοῖς ἑαυτοῦ, ἐσβαίνων ἐς τὴν θάλατταν σὺν τῇ ἰππῳ. αἱ μέντοι νῆες οὕτω διαφρυγοῦσαι κατέπλεον ἐς τὸν λιμένα. ἐνταῦθα τιμωρόσεται ὁ τοῦ βασιλέως ναύαρχος Παντόγλης τὸν ὁφθαλμὸν ὑπὸ τῶν σφειτέρων, ὡς αὐτὸς διεμαρτύρατο ἐς τὸν βασιλέα, καὶ εἰ μὴ ἐτρώθη, εἶλεν ἂν τὰς ναῦς, δυσχρηζόμενος. οὕτω μέντοι διέφυγεν ὥστε κακὸν τι μὴ παθεῖν ὑπὸ βασιλέως. καὶ οὗς ἐν ὑποψίᾳ ἔσχε, συλλαβὼν ὁ βασιλεὺς καθεῖρξεν ὡς ἀπολέσων.

P. 207 Ὡς μὲν οὖν ἰκανῶς ἤδη αὐτῷ τὸ τεῖχος κατεβέβλητο 10 ὥστε εἰσπεσόντας τοὺς νεήλυδας εἰσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν, ἐκέλευσεν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον ἀπανταχῇ πυρὰ καίειν τὰ νενομισμένα, καὶ ἄλλα ποιούμενος ὡς τῇ ἐπιούσῃ τῆς ὑστεραίας τὴν προσβολὴν ποιησόμενος, καὶ τὴν τε διαρπαγὴν καὶ ἔξανδριμοδισμόν ἀνεκέρυττεν ἐς τὰ στρατόπεδα. 15

Λέγεται μὲν οὖν καὶ τόδε. ὡς τὸ τεῖχος ἐπεπτώκει ὑπὸ τῶν τηλεβόλων, ὁ Σκευδέρω τοῦ Σινώπης ἄρχοντος παῖς, Ἰσμαίλης τοῦνομι, προσέφερε λόγους τοῖς Ἕλλησι περὶ σπονδῶν, λέγων τοιαύδε. “ἄνδρες Ἕλληνες, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, τὰ πράγματα ἔστηκε. τί οὐ πρόσβυν πέμπετε ὡς 20

secundo vento ferebantur in urbem. regiae naves et triremes pergunt quo iussae erant, primoque Graecam adiungunt navem; quae propemodum capta fuisset, ni Ianiensium navis reversa laboranti navi subsidio venisset: nam maximo impetu ruebat in regias triremes. rex ex litore inclamabat suos, eosque iubendo et adhortando quo magis accenderet, interdum equo ingrediebatur mare. verum Graecorum naves inviolatae optatum contigere portum. at in eo certamine vulneratur oculus regii navarchi, cui nomen erat Pantogles, a suis, ut ipse testatus est coram rege; et manifesto asseverabat, ni vulnere fuisset impeditus, se facile naves in dicionem potuisse accipere. cum sic factum excusaret, supplicium quod minitabatur rex evasit. eos autem quos suspectos habebat rex, capi et in vincula duci iubet quas expetiturus poenas.

Murus cum iam satis disiectus, peregrinique facile penetrarent in urbem, iussit ignes solitos undique per castra fieri. caetera quoque ita instruebat quasi qui tertio ab eo die vi irrupturus esset in urbem. misso itaque praefone in castris pronuntiat se urbis praedam et mancipia militibus concessurum.

Interea cum haec parabantur, et murus bombardarum impetu iam dirutus esset, Scenderis, qui Sinopem regebat, filius, nomine Ismael, ad Graecos abiit, et cum eis in hunc modum orationem habuit. conabatur enim Graecos ad foedera sancienda cum rege percellere. “res vestrae, viri Graeci, in summo discrimine nunc versantur. quare

βασιλέα περὶ εἰρήνης; ἦν γὰρ ἐμοὶ ἐθέλητε ἐπιτρέψαι, δια- B  
 πράξομαι ὑμῖν σπονδὰς γενέσθαι παρὰ βασιλέως, καὶ τὴν χά-  
 ριν οὖν εὖ οἶδ' ὅτι καταθήσεσθε τῇ διαπραξαμένῃ ὑμῖν. ἦν  
 δὲ μὴ τοῦτο γένηται ὑμῖν, ἡ πόλις ἐξανδραποδιοῦται, καὶ ὑμῶς  
 5 πασσυδεὶ βασιλεὺς διαφθερεῖ, καὶ γυναικας καὶ παῖδας ὑμῶν  
 ἐξανδραποδιούμεθα, καὶ συμφορᾷ κατασχεθήσεσθε ἀνηκέστῳ.  
 ἀλλὰ πέμπετε ὡς τάχιστα ἄνδρα πιστόν, ὃς ἂν ἐπὶ τὰς βα-  
 σιλέως θύρας ἀγαγὼν ἐγὼ διαπράξομαι ὑμῖν τὴν εἰρήνην.”  
 ταῦτα ἔλεγε τοῖς Ἑλλησι βουλευομένοις. ἐδόκει δὲ πεμπτέα C  
 10 εἶναι ἄγγελον, ὅστις ἂν πύθεται τῆς βασιλέως γνώμης περὶ  
 σφῶς ἧς ἐστί, καὶ οὕτω βουλευσονται περὶ τοῦ συνοίσοντος  
 σφίσιν, ὅτι εἴη ἄμεινον πειρωμένοις. ἔπεμπον δὲ ἄνδρα οὐκ  
 ἐπίσημον ὡς ἀποπειρασόμενον τῆς βασιλέως γνώμης. ἐπεὶ  
 δ' ἀφίκετο ἐς τὰς θύρας οὗτος ἡγουμένου Ἰσμαήλειω, ἐκέλευε  
 15 βασιλεὺς δέκα τελεῖν αὐτῇ μυριάδας τοῦ ἐνιαυτοῦ· εἰ δὲ  
 μὴ τοῦτο οἷοί τε ὡσι ποιῆσαι, οἴχεσθαι ἀπολιπόντας τὴν πό- V. 162  
 λιν, ἀποφερομένους τὰ σφέτερα αὐτῶν, ἕκαστος ὅποι ἂν βού-  
 λοιτο ἀπελθεῖν. ταῦτα ὡς ἀνηνέχθη ἐς τοὺς Ἑλληνας, ἐβου- D  
 λόντο μὲν καὶ ἐδόκει ἀμύνεσθαι ἀνακινδυνεύοντας μᾶλλον  
 20 ἢ οὕτω ἀμαχητὶ ἐκλιπόντας τὴν πόλιν οἴχεσθαι ἀποπλέοντας.

7. ὡς T 11. ἧς] ἦ τις?

nou mittitis legatum ad regem petitum pacem? si mihi vultis nego-  
 tium istud committere, facile eo inclinabo regis animum ut vobiscum  
 foedus feriat. nam non dubito quin gratiam maximam sitis relatori  
 ei qui illud effecerit. et ni quamprimum foedus intervenerit, urbs  
 vestra foedissime diripietur, et vos ad internecionem omnes misera-  
 bilem in modum peribitis. uxores et liberi vestri in mancipiorum  
 numerum referentur, et in calamitatem devolvemini intolerandam.  
 mittite igitur, mora omnis absit, legatum ad regem, et pacem vobis  
 conficiam.” haec locutus est Ismael Graecis. deinde consilia in  
 unum conferentibus visum est ut legatus abiret ad Mechetem, ten-  
 taturus sententiam regis, quam super Graecis iam mente concepisset.  
 is autem qui ad regem legatus ire iussus erat, haud erat vir admo-  
 dum illustris et claro genere natus. quem, cum venisset ad ianuas  
 regis opera Ismaelis rex iussit renuntiare Graecis ut tributi nomine  
 quotannis decem myriades aureorum numerent. sin condicio haec  
 ipsis impossibilis visa fuerit, abeant relinquentes urbem singuli cum  
 bonis suis quocumque voluerint. sententia Mechetis ut proposita  
 est Graecis, ad consultationem vertuntur. tandem multis ultro ci-  
 troque dictis ea sententia vicit, cuius tenor erat, magis repugandum  
 esse hosti, quamvis ingens discrimen se ostenderet, quam ignaviam  
 imbellem sequi et nullo commisso praelio abnavigare, deserentes ur-  
 bem. ego existimo legatum Graecorum cum huiusmodi responso ab

ἔμοι μὲν οὖν δοκεῖ βασιλέα ταῦτα προτεῖναι ἀποπειρώμενον τῆς Ἑλλήνων γνώμης. καὶ τὰ δούγματα μᾶλλον αὐτῶν ἄπρακτα γενόμενα ἐπῆρε διαπειραῖσθαι ὃ τι γινώσκοιεν περὶ σφῶν οἱ Ἕλληνες, εἴτε ἐχρῶν εἴη αὐτοῖς τὰ πράγματα.

Οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες ἐς τοσοῦτον ἐξεφέροντο ἐς ὅσον μοι 5 δεδήλωται· βασιλεὺς δέ, ὡς αὐτῷ τὰ ἐς τὴν προσβολὴν παρεσκεύαστο, συγκαλέσας τοὺς νεήλιδας ἔλεγε τοιαύδε. “ἄνδρες P. 208 νεήλιδες καὶ ἔμοι παῖδες, τὰ κάλλιστα αἰεὶ ὅποι ἂν στρατεύωμαι ἀριστεύοντες, ἐφ’ ὑμῖν ἤδη ἐστὶν ἀλῶναι τήνδε τὴν πόλιν. ἴστε δὲ καὶ τόδε. ὅποτε ἐπειρώμην ὑμᾶς, ἐφάσκετε 10 ἀλώσιμον εἶναι τὴν πόλιν, εἰ μόνον τὰ τεῖχη ἑμῖν καταβάλλοιμι. περιάγων δὲ ὑμᾶς ἐπηρόμην εἰ ἱκανῶς καταβέβληται ἤδη τοῦ τεύχους· καὶ ἐς ὅσον ὑμῖν ἱκανῶς ἔχειν ἔδοξε, κατεβάλλετο. νῦν δὲ ἐπειδὴ ὥρα ἐστὶ τὴν προσβολὴν ποιῆσθαι, τάδε προτίθεμαι. ὑμεῖς ἀπανταχῆ δόξαν παρὰ τοῖς προγόνοις 15 καὶ ἔμοι εὐκλεῆ ἀνελόμενοι συγκατεργάζεσθε τὴν βασιλείαν B ἔμοι. ἴστε δὴ οὖν. ὅσοι ὑπαρχίαι ἐν τε τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ τυγχάνουσιν ὄντα, τούτων τὴν βελτίω δώσω τῷ πρώτῳ ἀναβάντι ἐπὶ τὸ διάφραγμα. τιμῆσω δὲ τοῦτον οἷα εἰκός, καὶ ἀμείψομαι, ἀρχὴν παρεχόμενος εὐδαίμονα, καὶ 20 ἀποδείξω μακαριζόμενον ὑπὸ τῶν τοῦ ἡμετέρου γένους ἀνθρώ-

### 17. ὄσα ὑπάρχια P

Mechmete ad Graecos dimissum, ut eorum animos tentaret. nam cum fossas eorum cerneret usque fieri ad repugnandum inhabiles, conabatur explorare quatenam Graecorum in praesenti discrimine esset sententia; praeterea num res eorum adhuc aliquid roboris sive firmitatis haberent.

At Graeci in hunc modum quem diximus se gerebant. rex, cum omnia ad oppugnationem satis instructa et parata forent, convocatos peregrinos sic allocutus est. “viri peregrini meique filii, qui semper rem praeclare geritis, quocunque belli tempestatem vertero, in vobis certo situm est ut urbs illa occupetur. scitis, cum sententiam vos interrogarem, quod respondistis urbem captu esse facilem, si saltem muri sternerentur. circumductos igitur vos interrogavi, si satis iam muri dissipati videantur. tantum igitur muri quantum satis apparebat vobis, bombardarum impetu corruerat. nunc itaque cum tempus postulet ut oppugnationem urbis occipiamus, haec vobis proponere volui. vos qui ubique cum apud me tum apud maiores nostros semper plurimum laudis et gloriae rebus fortiter gestis invenistis, rogo Graecorum regnum parare velitis. haud vos praeterit quot nobis in Europa Asiaque praefecturae sint. harum et pulcherrimam et optimam ei dabo qui primus in supremum murum evaserit. eundemque pro dignitate honorare non cessabo. hanc autem ei gratiam referam,



πων. ὃν δ' ἂν αἰσθῶμαι ἐν σιγηαῖς ἀναστρεφόμενον καὶ μὴ  
μαχόμενον ἐς τὸ τεῖχος, οὐδ' ἂν εἰ πετόμενος κατὰ τὰ πτηνῶν  
ἀποδραίη, ἱκανῶς ἐστὶ αὐτῷ ἀποφυγεῖν, μὴ τὰ ἔσχατα πα-  
θόντι ἀποδακνῆν. ἴτε δὴ οὖν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον, κάλλι-  
5 στόν τε καὶ ὀλβιώτατον· ἀνδράποδά τε γὰρ ἐστὶ ὑμῖν πολ-  
λοῦ ἄξια καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες, καὶ πλοῦτος ἐν τῇ πόλει C  
πολύς." ταῦτα εἰπόντι τῷ βασιλεῖ οἱ δεκαδάραχοι καὶ λοχα-  
γοί, οἳ καὶ πρότερον, ὡς ἐπεδείκνυτο τὸ τεῖχος αὐτοῖς ὁ βασι-  
λεὺς περιάγων, εἰ ἱκανῶς ἔχει εἰσπεσεῖσθαι ἔσω ἐς τὴν πό-  
10 λιν, [καί] ἐκέλευον καταβάλλειν ἐς ὃ ἐδόκει αὐτοῖς ἱκανῶς  
ἔχειν, καὶ τότε δὴ θαρρεῖν τε αὐτὸν ἐκέλευον ὡς ἐς τὴν πό-  
λιν ἀμεταστρεπτι εἰσπεσοῦνται, ἤτοῦντο δ' αὐτὸν χύριον θέ-  
σθαι σφίσι τοὺς ἄνδρας οὓς συνέλαβε διὰ τὸν ναύαρχον, ὅτι  
ἐν ὑπόπτῳ ἦσαν ὡς ἔτρωσαν αὐτὸν ἐς τὸν ὀφθαλμὸν, χαρί-  
15 σαιτο αὐτοῖς. ὁ δὲ ἐπέθηκετο καὶ ἀπέλυσε τοὺς ἄνδρας, χαρι-  
σάμενος τοῖς νεήλυσιν. D

Μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐδόκει αὐτῷ προσβαλεῖν, ἔπεμπεν  
ἐς τὸ στρατόπεδον περιαγγέλλων ὡς ἔωθεν ἔσοιτο ἢ προσβολή,  
καὶ προηγόρευε δῶρα τῷ ἀριστεύοντι· τῷ μὴ μαχομένῳ δὲ  
20 θάνατος ἐπέκειτο ζημία. καὶ ζύχιδες δὲ ἐς τὰ στρατόπεδα  
περιμόντες ὑπεμύνησκον τὴν νενομισμένην σφίσιν ἐπὶ τῇ τε-

ut a me accipiat principatum opulentum; et sedulo annitar ut pluri-  
mum ab nostri generis hominibus honoretur et celebretur. porro si  
rescivero, dum oppugnatione fervet, aliquem in tentoriis manere et  
muri oppugnationem refugere, is profecto, etsi instar volucris alas  
haberet, nunquam nostras, quo minus supplicium det, effugiet manus.  
ite igitur, pugnam istam et pulcherrimam et opulentissimam capes-  
site. nam manent vos, quorum potiemini, in urbe ista mancipia  
plurima et pretiosa, mulieres et liberi, divitiaeque plurimae." haec  
dicentem decuriones et manipulorum ductores, qui ascensum muri,  
qua parte irrupturi erant, deiici bombardis iusserant, regem bono  
animo esse iubent, ut qui in urbem citra omnem tergiversationem  
sint procuraturi. petebant autem ut rex ipsam hanc gratiam repende-  
ret. in vincula duci praeceperat rex viros, quos suspicabatur victo-  
riae navalis impediendae gratia gubernatoris oculum vulnerasse. hos  
vinculis eximi et impunitos dimitti flagitabant. rex peregrinorum  
preces haud est aversatus, verum ut iis rem gratam faceret, captivos  
cārcere emisit.

Interea cum iam tempus, quo oppugnationem auspicaturus erat,  
instaret, per castra edici iubet se in crastinum matutino tempore op-  
pugnaturum urbem. pronuntiat munera et dona ei qui in ista oppu-  
gnatione se optime gesserit: illi autem qui se praelio subtraxerit,

λευτῆ δόξαν, ὡς τοῖς τε μαχομένοις ὁ ἥρωσ ἐπαγγέλλεται ἐν-  
Asanes haec locutus est. Iosue reversus ad regem, quid responsi acceperit, exponit. rex igitur bombardas continuo portis opposuit; et qua aditus urbis erat angustissimus, ingredi parabat. in eo urbis aditu muri sunt tres, non longo a se invicem intervallo dissiti. murum primum, qui erat infirmus nec admodum communitus, occupavit Asanes, quasi bellum mora extracturus et bombardarum ictus elusurus. haud enim ignorabat muros non posse sustinere bombardarum impetum, verum sciebat eos tandem collapsuros. at id faciebat hac spe, quasi sic posset oppugnationem ad tempus aliquod tolerare. bombardae ubi ferire coeperunt, intra paucos dies exterior murus prorutus est. Graeci interea egredientes pugnabant cum Turcis, et aliquot etiam confecerunt. relicto igitur muro primo abiere ad secundum, qui firmus erat et saxis magnis communitus. hunc ubi insedere, regis impetum diebus aliquot fortiter propulsarunt. murum istum arietabant bombardae regiae diebus plurimis, partemque eius diruerunt non modicam. interea cum bombardis murus quassaretur, globus unus aberravit et in pistrinum delatus est; quod et comminuit penitus. hinc in altum sublatus cecidit forte in hominem quendam, cuius carnes et ossa in mille particulas minutissimas contrivit, adeo ut alis avicularae compararetur. tantus scilicet est globi impetus, ubi semel emissus fuerit,

ρείχετο. τοιαύτη γὰρ ἡ φορὰ τοῦ λίθου καὶ δαιμονία τις οὔσα θαῦμα παρέχεται, ἐπεὶ καὶ ἀποτυχῶν τοῦ τείχους καὶ μετεωρισθεὶς καὶ διεξιὼν τὴν πόλιν ἐς τὸ ἐπίνειον τῆς Κορίνθου ἐνεχθεὶς ἔπεσε, σταδίους μάλιστα πού ἐς τεσσαρεσκαί-  
 5 δεκα παραμειψάμενος. εἶλκε δὲ ὁ λίθος ἐπὶ τάλαντα. οὕτω μὲν οὖν τὴν πόλιν ἔτυπεν ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας. καὶ οἱ ἐν τῇ B πόλει ἐπιλείποντος τοῦ σίτου χαλεπῶς ἔφερον, καὶ λόγους ἐδίδοσαν ἀλλήλοις, ἀφικόμενοι ἐς τὸν πόλεως ἀρχιερέα. Ἀσάνης μὲν οὖν κατεῖχε τὸ πλῆθος ὥστε ἀνέχεσθαι, ἀρχιερεὺς δὲ τῆς  
 10 πόλεως ἄνδρα τῶν τῆς πόλεως ἀποστείλας ὡς βασιλέα ἐσήμαινέ τε αὐτῷ τὴν ἔνδειαν, καὶ ὡς σιτία πάνυ ὀλίγα ὑπολείποιο ὥστε ἀντέχειν. ταῦτα πυθόμενος ὁ βασιλεὺς λόγους αὐτῶν προσέφερε, V. 187 λέγων τοιαύδε. “ἐμοὶ παρὰ τῶν ἐν τῇ πόλει εὐνοούντων ἀπαγγέλλεται ὀλίγων πάνυ ἡμερῶν ὑπολείπεσθαι ὑμῖν τὰ σιτία. τί  
 15 οὖν κακοδαιμονῶτε καὶ οὐ παραδίδοτε τὴν πόλιν;” ἐνταῦθα, C ὡς πυνθανομένου Ἀσάνεω ἔλεγον οἱ τοῦ βασιλέως τὰ καθήκοντα, ἐβουλεύοντο κοινῇ εἴτε παραδώσιεν τὴν πόλιν εἴτε ἀνεχόμενοι ἀμυνοῖντο. ὡς δὲ ἀπεστραμμένους ἑώρα τοὺς ἐν τῇ πόλει καὶ χαλεπῶς φέροντας, ὑπόσπονδοί τε ἐξῆλθον αὐτοῖς  
 20 τε Ἀσάνης καὶ ὁ Λακεδαιμόνιος Λουκάνης. ἀφικομένων δὲ ἐς λόγους τῷ βασιλεῖ, σπονδὰς τε ἐφ’ ᾧ αἰτουμένων, ἔλεγεν αὐτοῖς τάδε. “ἀπαγγείλατε τῷ ὑμετέρῳ ἡγεμόνι ὡς σπονδὰς

## 11. ἀπολείποιο P

et mirabilia multa operari consuevit. nam cum non attigisset murum, in altum euectus urbemque transvolans, cecidit in navale Corinthiorum, cum peregisset cursum quattuordecim stadiorum. globi pondus erat septem talentorum. in hunc modum feriebat urbem diebus plurimis. oppidani deficientibus alimentis indignabantur, et inter se colloquia ferebant, euntes ad urbis episcopum. Asanes quidem plebem sustinuit, ut praesentia fortiter tolerarent. episcopus autem urbis civem ad regem misit, qui alimentorum inopiam, quae gravissima erat, indicaret, eumque hortaretur ne coeptam oppugnationem ommitteret, verum fortiter pergeret. haec ubi comperit rex, misit ad oppidanos qui sic loquerentur “nuntiatum est mihi ab amicis et benevolis, quos in urbe habeo, paucorum dierum admodum vobis superesse alimenta. quid igitur insani et miseri urbem non traditis?” cum nuntii regis quae mandata essent coram Asane exponerent, publice deliberabant dederentne urbem, an extrema potius perpetientes resisterent regi. cum autem cernerent oppidanos graviter praesentem necessitatem ferre et mali quaerere liberationem, fide publica interposita egressi sunt ad regem Asanes et Spartanus Lucanes. venientes autem super foedere pangendo in colloquium cum rege sic allocu-

ποιεῖσθαι ἔτοιμός εἰμι, ἐφ' ᾧ τὴν χώραν ὅσην ὁ στρατὸς πα-  
 ρέξει ἐμὴν τε εἶναι, καὶ φόρον ἀπάγειν διὰ τὴν λοιπὴν χώ-  
 ραν πεντακισίους στατήρας, τῷ δὲ ἡγεμόνι, ἐφ' ᾧ τὸ τε Αἴ-  
 γειον καὶ Πάτρας καὶ τὴν περιόικον παραδίδόναι ἡμῖν. εἰ  
 δὲ μὴ, αὐτίκα ἅμα ἐπιόντα με γινωσκόντων." ταῦτα ὡς 5  
 ἐνετέλλετο αὐτοῖς, καὶ ἐς τοὺς ἡγεμόνας ἀφίκοντο περὶ τὸ  
 Ταῦγειον τῆς Λακωνικῆς διατρέβοντας, ἀπήγγελλον τε τὰ  
 παρὰ βασιλέως. καὶ αὐτίκα ἐδόκει, ὥστε μὴ στέρεσθαι ἤδη  
 ξυμπάσης τῆς χώρας, πρέσβεις τε πέμπειν καὶ ἐμπεδοῦν σφίσι  
 τὰς σπονδὰς ἐφ' οἷς προτείνεται βασιλεύς. πέμπσαντες δὲ 10  
 πρέσβεις τὰς τε σπονδὰς ἐποίησαντο, καὶ τὴν χώραν ἀπέδωκε  
 τῷ βασιλέως ὑπάρχῳ Ὀμάρῳ (τῆς Θετταλίας ὑπαρχος ἦν),  
 P. 241 τὸ τε Αἴγειον Καλαβρίτης Πάτρας καὶ τὴν περιόικον ταύτη  
 τῆς Ἀχαιᾶς χώρας.

Ὡς δὲ παρέλαβε τὰς πόλεις καὶ νεήλιδας καθίστη ἐν ταῖς 15  
 πόλεσι, τὰ μὲν στρατεύματα αὐτῷ διῆκεν ἐπ' οἶκον κομιζε-  
 σθαι, αὐτὸς δὲ τραπόμενός ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς καὶ ἐπὶ τῆς Ἀθη-  
 νῶν πόλεως περὶ ἑὶ σκοπῶν τόν τε Πειραιᾶ καὶ τοὺς λιμένας,  
 ἀπεδέξατό τε τὴν Ὀμάρεω ἀνδραγαθίαν. τὴν τε πόλιν ταύ-  
 την καὶ ἀκροπόλιν πυνθάνομαι βασιλεῖ μάλιστα τῶν ἐν τῇ 20  
 χώρα αὐτοῦ πόλεων ἐν γνώμῃ γενέσθαι, καὶ τὴν τε παλαιὰν  
 τῆς πόλεως μεγαλοπρέπειαν καὶ κατασκευὴν ἀγαθῆναι, ἐπει-

#### 16. νομιζεσθαι P

tus est "vestro principi dicite me paratum esse foedus percutere et  
 pacem dare: sed hac condicione, ut ea regio quam exercitus meus  
 peragravit mea sit. ab reliqua regione tributum nomine peto quingen-  
 tos stateres. duci autem, qui adhuc tenet Aegeum Patras et finiti-  
 mam regionem, dicite ut ea nobis tradat: sin minus, confestim acce-  
 dam et armis subiiciam." haec ubi cognovissent, ut praeceptum erat,  
 proficiscuntur ad principes, qui ea tempestate circa Taygetam Laco-  
 niae se tenebant, iisque quae data erant ab rege mandata explicant.  
 quibus auditis visum est, ne et universa spoliarentur regione, lega-  
 tos ad regem mittere et foedus conglutinare his condicionibus quas  
 rex praescripsisset. missis itaque, quemadmodum decretum erat, le-  
 gatis pax composita est. regio, quam postulaverat rex, restituta est  
 regio praefecto. Omares Thessaliae praefectus Aegeum, Calabrites,  
 Patras et finitimam regionem Achaiae recepit.

Rex ubi urbes suscepit, praesidia peregrinorum eos firmavit, et  
 peregrinos iis praefecit. in hunc modum confecto bello copias omnes  
 domos dimisit. ipse autem conversus est contra Atticam et urbem Athe-  
 nas. obambulabat contemplans Piraeum et portuum commoditatem.  
 Omaris virtute civitatem istam una cum arce in dicionem accepit. fuit



πάντα “πόση δὴ χάρις ἀφείλεται ἐν τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ Ὀμάρῃ τῷ Τουραχάνεω.” τὴν γὰρ πόλιν ταύτην καὶ ἀκρόπολιν πα- B  
 ρεσθήσατο Ὀμάρης οὗτος τρόπῳ τοιῷδε. ὡς γὰρ Νέριος ἐτε-  
 λεύτησε, κατέσχε τὴν τυραννίδα ἢ γυνὴ αὐτοῦ παιῶδα ἔχουσα  
 5 νήπιον, καὶ διαπρεσβενομένη ἐς βασιλέα χρήμασί τε ἐθερά-  
 πευε τὰς βασιλέως θυρας, καὶ αὐτὴ διέτριβε περὶ τὴν ἀρ-  
 χήν. χρόνῳ δὲ εὐ πολλῷ ἕστερον νεανίου τινὸς τῶν Οὐνε-  
 τῶν ἐμπορίας ἕνεκα Ἀθήναζε ἀφικομένον, τῆς συγκλήτου δὲ  
 ἀνδρός, ἤρασθη. καὶ ἐρασθεῖσα ἐς λόγους τε ἀφίεται τῷ  
 10 νεανίᾳ, ὡς ἐν παιδιαῖς τὰ πολλὰ συνδιατρίβων τῷ νεανίᾳ, ὡς  
 αὐτῷ εἰς γυναῖκα χωρῆσαι ἅμα τῇ ἀρχῇ ἐπιτρέψαι τῆς πό-  
 λεως ἕτοιμος εἶη. ταῦτα δὲ εἶναι αὐτῷ, ἦν ἀποπεμψάμενος C  
 τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, τρόπῳ οἷω δύνηται, ἐπανεῖλθη Ἀθήναζε.  
 ἦν δὲ ὁ νεανίας Πριάμου παῖς τοῦ Ναύπλιον ἐπιτετραμμένου  
 15 παρὰ Οὐνετιῶν. ἀπὼν δὲ ὁ νεανίας καὶ κατασχεθεὶς τῷ  
 ἔρωτι, καὶ ἐλπίσας τὴν τῆς πόλεως ἀρχὴν κατασχεῖν, δια-  
 φθείρας δὲ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, γένους οὖσαν καὶ αὐ-  
 τὴν συγκλητικῷ, διαφθείρας δὲ ταύτην, ὡς εἶρηται, ἐπα-  
 νῆκεν Ἀθήναζε καὶ τὴν Νερίου γυναῖκα ἤγαγεν. ἀφικό- V. 188  
 20 μενος δὲ ἐς τὴν τῆς πόλεως ἀρχὴν διεβλήθη ὑπὸ Ἀθη-  
 ναίων ἐν ταῖς θυραῖς τοῦ βασιλέως. ἕστερον μέντοι, ὡς ἤχθοντο  
 αὐτῷ οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπιτροπεύειν τε τοῦ παιδὸς ἔφασκε καὶ οὐ D

9. ἤρασθαι P

11. καὶ ἅμα τὴν ἀρχήν?

autem haec urbs semper regi, ut audio benevola, et munificentiam eius antiquam et apparatus urbiū semper plurimum amplexus est. dixit igitur “quanta gratia debetur lege nostra Omari Turachanis filio?” quo pacto Omares urbem istam una cum arce occupavit, iam dicitur. mortuo Nerio uxor eius Athenarum tyrannidem obtinuit, habens ex marito filium superstitem adhuc puerulum. mittens igitur legatos ad ianuarum milites, quos largitionibus sibi conciliarat, facile principatum retinuit Athenarum. nec tamen multo post amore exarsit in adolescentem Venetum, senatoris filium, qui mercium gratia Athenas appulerat. amore itaque amens in colloquium cum adolescente venit. cum plerumque autem plurimis blanditiis animum adolescentis pelliceret, et magna cum voluptate cum illo conversaretur, promisit se velle ipsi nubere et Athenarum principatum simul tradere. haec autem tum fore, si prius suam uxorem quocunque modo repudiasset, et ea repudiata deinde rediret Athenas. adolescens ille filius erat Priami, cui a Venetis Nauplium urbs commissa erat. adolescens igitur reversus Venetias et amore ardens, speransque se Athenarum principatum occupaturum, uxorem suam necavit, quae et ipse senatoris et patricii erat filia. hac, quemadmodum dixi, e numero mortalium

πολλῷ ὕστερον λαβὼν τὸν παῖδα ἀφίκετο παρὰ βασιλέα. ὁ γάρ τοι Φράγγος Νερίου ἀδελφιδούς, ἀνεπιὸς δὲ τοῦ παιδός, διατριβῶν ἐν ταῖς βασιλέως θύραις ἐπέμενε καιρὸν αὐτῷ παρὰ βασιλέως ἀφίξεσθαι ἐς τὴν τῶν Ἀθηνῶν πόλιν. βασιλεὺς δὲ ὡς ἐπυνθάνετο τὰ ἀμφὶ τὸν ἔρωτα τῆς 5 γυναικός, ἐπέτρεψε Φράγγῳ τῷ Ἀντωνίου παιδί τὴν πόλιν, καὶ πέμπων ἐκέλευε δέχεσθαι αὐτὸν τοὺς Ἀθηναίους. οἱ δὲ ἔτοιμοι ὄντες ἐδέξαντο. ὁ δ' ὡς τυραννίδα ἀφίκετο τῆς πόλεως, τὴν μέντοι γυναῖκα συλλαβὼν καθεῖφε ἐν Με-  
P. 242 γάροις, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον διὰ τὸν γάμον τοῦ νεανίου 10 διέφθειρεν, ὅτι μὲν τρόπῳ, οὐδεὶς ἤσθετο. δι' ἃ δὲ ἐγκαλοῦντος ἐν ταῖς τοῦ βασιλέως θύραις τοῦ νεανίου, δεινὸν τε ἐποιεῖτο τὴν ὕβριν τοῦ Φράγγου ὁ βασιλεὺς, καὶ πέμπων Ὁμάρῃ τὸν Τουραχάνεω παῖδα σὺν στρατεύματι τῆς Θειταλίας ἐκέλευε. . . . παραλαβὼν δὲ τὴν τῆς Θειταλίας στρατὸν 15 Ὁμάρης ὁ Τουραχάνεω καὶ ἐπελάσας ἴσχει μὲν αὐτίκα τὴν Ἀθηνῶν πόλιν, μετὰ δὲ τὴν τε ἀκρόπολιν ἐπολιόρκει ἐπὶ συγχρὸν χρόνον προκαθεζόμενος. καὶ ἐπειρᾶτο μὲν διὰ τῶν προσηκόντων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀνδρῶν. ὡς δ' οὐδὲν αὐτῷ  
B προεχώρει, λόγους προσέφερε τοιούσδε. “ὦ παῖ Ἀντωνίου, σὺ 20

## 8. ὡς ἐς?

sublata, Athenas rediit Nerique uxorem duxit. cum autem evasisset ad urbis regimen, delatus est ab Atheniensibus apud ianuas regis. tandem cum invidia Atheniensium premeretur, ut eam aliquo modo leniret, dicebat se pueri tutorem esse. nec multo post assumens puerum, una cum eo ad regem venit. nam Francus Nerii patruelis, consobrinus vero pueri, morabatur in ianuis regis, sperans tempus fore quo ipse Atheniensium principatu potiretur. rex autem ubi comperit amentiam mulieris, Franco Antonii filio urbem commisit, eique parere et benigne cum suscipere iussit Athenienses. hi quidem benignis animis, quemadmodum imperatum erat, virum exceperunt. qui ubi urbis praefecturam nactus est, mulierem illam cepit et Megaris in carcerem condidit; nec multo post eandem interfecit propter sceleratas illas nuptias, quae cum iuvene Veneto contraxerat. quomodo autem istam mulierem necaverit, non constat. quapropter cum postea iuvenis Francus eius iniuriae in ianuis regis accusaret, rex rei indignitate commotus misit Omarem Turachanis filium cum Thessaliae exercitu, quem iussit \* \* \* \* Omares Turachanis filius, accepto Thessaliae exercitu, et ad urbem accedens, eam continuo subegit. arcem tamen tempore longo obsedit, sperans se eam capturum opera virorum qui in arce erant, quibus utebatur familiariter. cum autem nihil eorum quae animo conceperat succederet, Francum in hunc modum allocutus est “o fili Antonii, haud dubie nosti familiam re-

- οἶσθαι τὸν βασιλέως οἶκον, ὡς τήνδε τὴν πόλιν ἐπέτρειπεν ἐπὶ  
 ἰκανὸν χρόνον. καὶ ἐπεὶ βασιλεὺς αὐτῆς παρακελεῖται παρα-  
 δίδόναι αὐτῷ τὴν πόλιν, οὐκ οἶδα ὅπως ἂν ταύτην ἄκοντος  
 βασιλέως κατέχοις· οὐδὲ γὰρ πᾶν πολὺν διαμεῖναι. νῦν  
 5 οὖν παρέχει σοι βασιλεὺς μάλιστα διηλλαγμένῳ οἱ χώρων τε  
 τὴν Βοιωτίαν ἔχειν καὶ τὴν Θηβῶν πόλιν, ἀποφερόμενον δὲ  
 τὸν τῆς ἀκροπόλεως ἄλβον καὶ τὰ σαντοῦ ἀπιέναι, κατα-  
 λιπόντα τῷ βασιλεῖ τὴν ἀκρόπολιν." ταῦτα ἀκούσας ὁ νεα-  
 νίας ἤτειτό τε πίστιν, ἐφ' ᾗ ἐμπεδῶσαι αὐτῷ παρὰ βασιλέως  
 10 τὴν Βοιωτίαν. διαπραξαμένον δὲ ἐν ταῖς θύραις τοῦ Ὀμί- C  
 ρεω, οὕτω δὴ φρασάμενος ὑπέξῆλθε τῆς ἀκροπόλεως, καὶ τὴν  
 Θηβῶν πόλιν σὺν τῇ λοιπῇ Βοιωτίᾳ κατασχέσοντος αὐτῷ βα-  
 σιλέως. οὕτω μὲν δὴ Ἀθῆναι ὑπὸ βασιλεῖ ἐγένοντο παρα-  
 σιτησάμενον Ὀμίρεα.
- 15 Τότε δὲ περιῶν ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν τε ἀκρόπολιν θεώ-  
 μενος ἐν θαύματι ἐποιεῖτο, καὶ τὴν Ἀττικὴν περιῶν ἐσχόπει  
 τε τοὺς λιμένας, ὡς εἴρηται. τοὺς μέντοι ὄρκους ἐπεμπε  
 ἄνδρα τῶν θυρῶν αὐτοῦ παραληψόμενον τῶν τῆς Πελοπον-  
 νήσου ἡγεμόνων, αἰτούμενος δὲ καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ τῆς  
 20 Σπάρτης ἡγεμόνος. τοὺς μέντοι ὄρκους ἐπεποιήντο οἱ ἡγε- D  
 μόνες. Ὄμα δὲ τῷ νεωτέρῳ ἀδελφῷ μετέμελε, καὶ ἀπόστα-  
 σὶν τε αὐτίκα ἐβουλεύετο ἀπὸ βασιλέως, καὶ πρέσβυν μὲν

2. κελύει? 12. κατέσχε δόντος?

gis, qui urbem hanc tempore longo tibi regendam concessit. quoniam autem rex nunc imperat ut eam restituas, nescio quo iure eam invito rege teneas. ne dubites: haud diu, si sic facere perrexeris, principatus istius urbis penes te manebit. nunc tibi, si vis cum eo in gratiam redire, Boeotiam et Thebas pollicetur, ut hinc decedas ferens divitias arcis tuasque. saltem arcem regi relinque." haec cum audisset iuvenis, petebat sibi fidem dari, qua data crederet Boeotiam sibi a rege tradi. Omars rem ad ianuas rettulit; et ut fidem facerent iuveni promissa rata fore, facile impetravit. fide igitur accepta egressus est iuvenis arce libenter, cum ab rege acciperet Thebas cum reliqua Boeotia. in hunc modum Athenae ductu et auspiciis Omaris in potestate regis concessere.

Tunc quidem rex Athenas peragrans, et arcem contemplans, mirabatur urbis arcisque magnificentiam. hinc obambulans per Atticam spectabat portus, sicuti supra annotavimus. misit deinde rex virum de suis ianuis, qui iusiurandum exigeret ab Peloponnesi principibus. eundem etiam petere iussit sibi in uxorem principis Spartani filiam. principes, quemadmodum praeceperat rex, in regis verba iuraverunt, atque iusiurando fides accepta est. verum haud multo post iurisiurandi

ἔπεμπεν ἔς τὰς βασιλέως θύρας ἀπαιτῶν . . . ὄντινα δὴ ἀλῶναι συνέβη ἐν Πατρῶσι καὶ ἔς τὴν ἀκρόπολιν, ἣν κατέ-  
χουσιν οἱ τοῦ βασιλέως νεήλudes καὶ ἄλλοι περιφανεῖς τῶν  
Τούρκων. καὶ αὐτοὶ μετὰ ταῦτα ἐπολιορκαῖντο ὑπὸ τῶν τοῦ  
Θωμᾶ στρατιωτῶν. τὴν μέντοι ἀπόστασιν ἐβουλευέτο πει- 5

V. 189 θόμενος ἅμα τῷ Λακεδαιμονίῳ Λουκάνῃ, φαρμένη ὡς ξυνθέ-  
μενος προδοσίαν τοῖς ἐν Κορίνθῳ ἔχειν ἐλπίδα παραστήσε-

P. 243 σθαί τε αὐτῷ τὴν πόλιν καὶ τᾶλλα διαπραξέσθαι ὡς βέλτι-  
στα οὔτος τὴν λοιπὴν χώραν. ἐπεὶ δὲ ἀπέστη τε ἐκ τοῦ φα-  
γεροῦ καὶ ἐπολέμει ταῖς βασιλέως ἀκροπόλεσι, πειρώμενος 10  
ἔλειν κατὰ κράτος, προσχώρει μὲν οὐδὲν αὐτῷ ὧν ἐπενόει,  
συναρίστη μέντοι καὶ τοὺς λοιποὺς αὐτῶν Πελοποννησίους,  
Ἄλβανῶν τε ἅμα καὶ Ἑλλήνων, καὶ ἐπολέμει τε ἅμα τῷ  
ἀδελφῷ, παρακαλῶν ἐπὶ τὸν πόλεμον, καὶ ἐπολιορκεῖ μὲν καὶ  
τινα τῶν τοῦ ἀδελφοῦ πολισμάτων. ταύτην μὲν δὴ τὴν ἀπό- 15  
στασιν Ὀμάρῳ φασὶ τινες διαπραξέσθαι. ἐπεὶ τε τάχιστα  
ἐπύθετο βασιλεύς, πέμψας ἔς Πελοπόννησον ἄρχοντα ὑπαρ-  
χον πανσόμνον Ὀμάρῃ τῆς ἀρχῆς καὶ αὐτὸν παραληψόμενον  
τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ. καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἀφελέσθαι βα-  
σιλέα Ὀμάρῃ τὴν Θετταλίας ἀρχὴν. 20

Βασιλεύς δὲ ἐπὶ τὴν Σκοπίων ἀφικόμενος πόλιν διέτρι-  
βεν, ἣν τι νεώτερον ἀπὸ Παιόνων ἐπιγένηται. Παίονες γὰρ

8. διαπραξέσθαι P. 11. προσχώρει P. 18. πανσόμνον P.

dati poenituit Thomam fratrem iuniorem, et cōnsilia, quomodo deficeret  
a rege, tractare haud cessabat. praeterea legatum ire iussit in ianuas  
regis, petens \* \* \* \* et hunc quidem capi contigit Patris, et duci in ar-  
cem, quam tenebant peregrini regis et alii Turci insignes, qui et ipsi  
tandem obsidebantur ab Thomae militibus. defectionis autem consi-  
lia agitabat magis impulsu Lucanis Lacedaemonii, qui dicebat se  
prodicionem subornasse cum his qui sunt Corinthi: in maxima se esse  
spe captundae urbis; quod si eveniat, et reliquam regionem se ex-  
inde optime disposituros. iam aperte desciverat ab rege, et arces  
regias oppugnabat, easque vi capere nitēbatur: nihil tamen eorum  
quae mente agitabat, prospere succedebat. ad defectionem igitur so-  
licitat̄ reliquos Peloponnesi, Albanos pariter et Graecos. etiam cum  
fratre bellum gerebat, armis eum lacessens. praeterea oppidula quae-  
dam fratris oppugnabat. defectionem huius quidam Omarem aucto-  
rem fuisse perhibent. quod ubi comperit rex, misit praefectum il-  
lico, qui cogeret Omarem se abdicare principatu: ipse vero in eius  
dignitatem succederet. hanc eandem ob causam etiam Thessaliae prin-  
cipatum Omari ademit.

Rex profectus est in Scopiorum urbem, et ibi moratus est, ut



μετὰ τὴν Μαχουμέτω διατριβὴν συλληχθέντες καὶ τὸν Ἴστρον  
 διαβάντες ἤλασαν ἐπὶ τὴν τοῦ Μαχουμέτω φυλακὴν, καὶ  
 συμβαλόντες ἐτρέψαντο, καὶ ἔφθειραν οὐ πολλούς, ἐάλωσαν  
 δέ τινες αὐτῶν καὶ ἀπήχθησαν παρὰ βασιλεία. βασιλεὺς  
 5 μέντοι ὡς ἐπύθετο Θωμᾶν τὸν νεώτερον ἀδελφὸν παραβάντα  
 τοὺς ὄρκους πολιορκεῖν ἐπιόντα τοὺς ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι βα- C  
 σιλέως νεήλυδας, ἔπεμπε στράτευμα ἐπὶ Πελοπόννησον, τὸ τε  
 Θεσσαλίας καὶ Αἰτωλίας, καὶ στρατηγὸν ἀπέδειξε Χαμουσᾶν  
 τὸν ἱερακοφόρον ἐπίκλην. καὶ ὃς λαβὼν Ἀχμάτην τὸν τῆς  
 10 Πελοποννήσου ὑπαρχον καὶ Ὀμάρην τὸν Τουραχάνεω, καὶ  
 γαμβρὸν γενόμενόν οἱ ἐπὶ τῇ Θυγατρί, τούτους λαβὼν ἐπέβα-  
 λεν ἐς τὴν Πελοπόννησον, καὶ ἐς Πάτρας μέντοι τῆς Ἀχαΐας  
 ἀφίκετο, καὶ τὴν ἀκρόπολιν ἤλευθέρωσεν. οἱ γὰρ Ἕλληνες  
 ὡς ἤσθοντο τοῦ βασιλέως στρατὸν ἐπιόντα, ἀπανέστησάν τε  
 15 ἐκ τῆς πολιορκίας, καὶ ἐς τὴν Μεγαλόπολιν, τὸ νῦν λεγόμε-  
 νον Λεοντάριον, συνελέγοντο ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα ὡς τὴν μάχην  
 ποιησόμενοι. ὁ μὲν οὖν στρατὸς διῆκει διὰ τῆς Ἡλίδος χω- D  
 ραν τὴν παραλίαν, καὶ ἐπὶ τὴν Ἰθώμην ἀφικόμενος ἀνῆκει ἐς  
 Λεοντάριον. ἐνταῦθα Θωμᾶς συναθροίσας τοὺς τε Ἀλβα-  
 20 τοὺς καὶ Ἕλληνας τοὺς συναφεστῶτας παρετάσσετο ὡς εἰς  
 μάχην. ἐνθα δὴ οἱ Τοῦρκοι ἐπελαύνοντες, ὡς εἶδον τὸ τῶν  
 Ἑλλήνων στράτευμα παρατασσόμενον ἐπὶ τοῖς λόφοις τῆς πρῆ-

## 6. ἐπιόγιας P. 14. ἐπανέστησάν P

audiret si quid novarum rerum instituerent Pannonēs. nam Panno-  
 nes, ubi acceperē Mechumetem paratum esse ut regis regionem defen-  
 deret, ne quid mali ab ipsis acciperet, in unum collecti transmisso  
 Istro contendere ad eum locum ubi Mechumetes cum regio praesidio  
 manebat. commisso autem praelio in fugam versi sunt, paucis eo  
 praelio amissis. quidam capti ad regem abducti sunt. rex, ubi allat-  
 tum est Thomam fratrem iuniorē abrupta iurisiurandi religione obsi-  
 dere suos peregrinos, quos veluti praesidium arcibus imposuerat,  
 exercitum Thessaliae et Aetoliae contra Peloponnesum ire iubet. du-  
 cem belli declarat Chamuzam cognomine Hieracophorum. hic, captis  
 Achmate Peloponnesi praefecto et Omare Turachanis filio, quem gen-  
 erum asciverat, ingressus est Peloponnesum; et Patras in Achaia veni-  
 ens arcem obsidione solvit. Graeci enim cum cognovissent regis  
 exercitum accedere, omīssa obsidione Megalopolin, quae nunc Leon-  
 tarium, ad principem colligebantur, quasi congressuri acie cum regis  
 exercitu. exercitus quidem iter faciebat per regionem Elidis mariti-  
 mam, et Ithomam perveniens ascendebat Leontarium. ibi congregans  
 Thomas Albanos et Graecos qui simul defecerant, aciem instruebat,

λεως, ἐβουλευόντο μὲν εἴτε στρατοπεδεύσονται εἴτε καὶ δια-  
λαύνωσιν ἅπαντες, ὡς ἔχουσιν, ἰθὺ τῆς Τεγέης ἐπὶ Μουχ-  
λῆν. Ἰονούζης δὲ τῶν ἵπποδρόμων ἄρχων ἰδὼν τοὺς Ἑλληνας  
τὰς τάξεις ἐς βάρδος πεποιημένους ἀνέκραγεν “ὦ φίλοι, ἤττην-  
ται οἱ Ἕλληνες· οὐ γὰρ οἶόν τε, ὡς συνετάξαντο, μαχέσασθαι 5

P. 244 αὐτούς, ἀλλὰ δώσειν αὐτίκα ἅμα πάντας, τῶν ὑστάτων ἐς  
φυγὴν τρεπομένων. οὐ γὰρ κατὰ τοὺς δακτύλους ἀλλήλοις  
ἐπιβοηθοῦντας παρετάξαντο, ἀλλ’ ἐς βάρδος τὰς τάξεις ποιη-  
σάμενοι παρεσκευάζοντο ἀμύνεσθαι. ταῦτά τε ἀνεβόησεν ὁ  
Ἰονούζης, καὶ λαβὼν τοὺς ἵπποδρόμους ἔθει ἐπὶ τοὺς Ἑλλη- 10  
νας. οἱ δὲ ὑστατοὶ ἐδέξαντο μὲν τοὺς πρώτους, μετὰ δέ, ὡς  
ἐπιγινομένων τῶν Τούρκων αἰεὶ πλειόνων, ἐς φυγὴν ὠρμητο.  
οἱ τελευταῖοι δὲ Ἑλλήνων φεύγοντες ἐς τοὺς σφειτέρους ἀνέ-  
πιπτον καὶ τοῦτους ἅμα ἐς φυγὴν κατέστησαν· καὶ οὕτω οἱ  
τάξεις μὴ ῥοπῆ καιροῦ ἐγράφοντο ἐς φυγὴν, τῆς τελευταίας 15

V. 190 βιαζομένης· ἀνάγκη γὰρ ἦν ἠττημένας αὐτίκα μάλα καὶ τὰς  
B ἄλλας τοῦτο πείσεσθαι τάξεις, ἀλλήλαις συμπιπτούσας. Ἕλ-  
ληνες μὲν οὖν ἀνὰ κράτος ἔφευγον ἐς τὸν πόλιν, οἱ δὲ Τούρ-  
κοι ἐπιόντες κραυγῇ τε καὶ διακελευσμῶ διέφθειρον ἐς δια-  
κοσίους, καὶ ἐπελάσαντες ἐπολιόρχουν τὸν τε ἡγεμόνα καὶ τὴν 20  
πόλιν ἐπὶ λιμῶ καὶ λοιμῶ· ἐπιέζετο γὰρ ὁ στρατός, ἐπεὶ  
ἐγένετο αὐτῶ, ἀπὸ τῶν ἀνδρυνόδων τῶν ἀπὸ τῆς Ἀχαιίας,

5. οἶοί P

6. ἀλλ’ ἐνδώσειν? ... 22. αὐτοῦ?

quasi aleam praelii experturus. Turci cum huc venissent, videntes  
Graecorum aciem exornatam consistere in urbis collibus, deliberabant  
castrane communirent, an recta, quemadmodum instituissent, conuen-  
derent Muchlam Tegeae. Ionuzes equitum dux, conspicans aciem  
Graecorum in longitudinem se extendere, exclamavit “o cari Turci,  
Graeci victi sunt. haud enim pugnare possunt, cum in hunc modum  
acies in ordinem explicata sit. nam omnes illico cedent, ubi postre-  
mi in fugam versi fuerint. non enim in aciem dispositi erant ut  
se mutuo adiuvare possent. verum acie quam maxime extenuata di-  
micare cum hoste parabant. Ionuzes exclamans, quemadmodum dixi,  
cum turma equitum irruerat hostem, postremi excipiebant primos; et  
cum plures usque supervenirent Turci, in fugam effruebantur. post-  
remi Graecorum fugientes incidebant in suos; quos deinde fugae  
socios trahebant. in hunc modum acies Graecorum universa in fugam  
abibat, postremis loco pulsus. Graeci totis viribus fugiebant in ur-  
bem. Turci instantes clamore et mutua cohortatione occiderunt cir-  
citer ducentos; et accedentes urbem, etiam principem obsidione cir-  
cumdedere. exercitus fame et peste premebatur propter mancipia

καὶ ἀπῆλυνεν αὐτὰ ἐντεῦθεν ἐπὶ Μουχλῆν. τὸν μέντοι Ἰονουζην κατέλιπον σὺν Δημητρίῳ τῇ ἡγεμονίᾳ.

Ὁ μὲν οὖν Θωμᾶς αὐθις, ὡς ἀπῆει ὁ στρατὸς ἀπελαύνων, ἐπολιόρκει τοὺς τοῦ βασιλέως νεήλυδας ἐν ταῖς ἀκρόπό-  
 5 λεισι· βασιλεὺς δὲ ἤλυνε τὸ θέρος τοῦτο ἐπὶ Σπενδερόβην C  
 καὶ τὴν τῶν Τριβαλλῶν χώραν. τὴν δὲ ἔλασιν ἐποιεῖτο δι' αἰτίαν τήνδε. ὡς γὰρ ἐτελεύτησεν Ἐλεάζαρος ὁ τοῦ Βουλκου παῖς, κατελέλειπτο ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐπὶ θυγατρὶ ἐς τὴν ἀρχήν. καὶ τὴν μὲν ἀκρόπολιν τῆς Σπενδερόβης κατεῖχεν αὕτη,  
 10 καὶ ἐπιγαμίαν ποιουμένη ἐπὶ τὸν Ἰλλυριῶν βασιλέως παῖδα ἐπὶ τῇ θυγατρὶ διεννοεῖτο τὴν ἀρχὴν αὐτῇ σχῆσαι τῆς πόλεως. οἱ μὲν οὖν Τριβαλλοὶ ὄρμητο ἐπὶ τὸν Μαχουμέτιω ἀδελφὸν τὸν Μιχαῆλον, ὃς παρὰ τῇ Τριβαλλῶν ἡγεμονίᾳ διέ-  
 15 τριβε, καὶ σφίσιν ἡγεμόνα ἐλόμενοι καθίστασάν τε αὐτὸν καὶ ἐπέτρεπον τὰ τῆς πόλεως πράγματα. ἦτε γυνὴ μεταπεμπομένη τοῦτον ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐπὶ ξενίσει συνέλαβέ τε αὐτὸν καὶ συνδήσασα ἀπέπεμψεν ἐς τοὺς Παίονας. τὸν μέντοι Μι-  
 20 χαῆλον οἱ Παῖονες λαβόντες καθεῖρξαν. καὶ οἱ Τριβαλλοὶ ὄρμητο αὐθις ἐπὶ βασιλέα, καὶ μεταπεμπόμενοι ἅμα τῇ τοῦ ἡγεμόνος γυναικὶ ἔπρασσον τὴν τῆς πόλεως παραδόσιν. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς, οὐπω καταστάντων ἐς τόδε αὐτῶ τῶν πραγμάτων, παρασκευασάμενος ἤλυνεν ἐπὶ Σπενδερόβην ὡς ἐξελῶν κατὰ κράτος. οἱ δ' ἐν τῇ πόλει Σπενδερόβῃ πνιθανόμενοι

3. ἐπελαύνων P. 17. συνδήσας P

quae adduxerat ex Achaia et deinde Muchlam abduxerat. Ionuzem reliquerunt cum Demetrio principe.

Thomas iterum, cum decessisset exercitus regius, regis peregrinos qui arces tuebantur, obsidione circumvenit. rex ea tempestate bellum movit contra Senderoviam et Triballorum regionem. huius belli ista causa traditur. mortuo Eleazaro Bulci filio relicta est uxor eius una cum filia in principatu, arcemque Senderoviae tenebat. elocans autem filiam Illyriorum regis filio (is erat Stephanus Bosniae rex) principatum retinere cogitabat urbis. verum Triballi confluebant ad Machimetis fratrem Michaellem, qui apud Triballorum principem egerat; eumque duces creantes iusserunt urbis negotia curare. mulier hunc advenientem in arcem quasi hospitem invitavit, continuoque ei vincula iniicit, vincuntumque ad Pannones mittit. quem Pannones accipientes in carcerem coniecere. Triballi igitur (qui et Servii) iterum recidebant ad regem Pannonum; et accersiti una cum principis defuncti uxore deditionem urbis fecere. at rex cognito quoniam res suae redactae forent, arma capit et copias contra Senderoviam ducit, quasi vi eam recuperaturus. oppidani cum audirent adversum

βασιλέα ἐπιόντα σφίσιν ὑπήντων αὐτῷ, τὰς κλεῖς φέροντες κατὰ τὴν ὁδόν. βασιλεὺς μὲν δὴ τοὺς Τριβαλλοὺς ἐθεράπευσε, χάρισαι δωρησάμενος καὶ χρήμασι τοὺς πολλοὺς, καὶ τὴν τοῦ Ἐλεαζάρου γυναικὴ ὑπόσπονδον ἀφῆκεν ἀποφέρεσθαι τὸν πλοῦτον αὐτῆς οὐχομένην, καὶ τὴν τε φρουρὰν σὺν αὐτῷ παρέλαβε.

P. 245 Καὶ ὡς αὐτῷ προσεχώρησεν ἡ πόλις, ὥρμητο μὲν ἐς Πελοπόννησον στρατεύεσθαι, μετὰ δὲ ἀφικόμενος ἐς Βυζάντιον καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν διαβάς ἤλυνεν ἐπὶ Ἀμαστρον τὴν Ἰαννύων πόλιν, ἐπὶ τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ. οἱ γὰρ Ἰαννῆοι πρό- 10 αβεις πέμπαντες ἤτοῦντο τὴν Γαλατίνην πόλιν οὔσαν σφῶν, οὐδὲν ἡδικηότες, καὶ σπονδὰς ἐχόντων αὐτῷ. καὶ εἰ προσεχώρησε δὲ κατὰ τὴν Βυζαντίου ἄλωσιν, ἤξιον αὐθις σφίσιν ἀποδοθῆναι. βασιλεὺς μὲν οὖν ἀπεκρίνατο ὡς οὔτε αὐτὸς ἀδικοίῃ οὔτε ἐλάσας ἔλοι τὴν πόλιν, ἀλλ' οἱ τῆς πόλεως ἄρ- 15 χοντες ἀφικόμενοι ὡς αὐτὸν παρέδωκάν τε σφᾶς, ἀξιοῦντες εὖ πάσχειν ὑπὸ βασιλέως, καὶ ταύτην παραλαβὼν τὴν πόλιν Βουδένα ἡδικηκῶς εἶη. διὰ ταῦτα δὴ τὸν πόλεμον ἀπαγγελ- λόντων τῶν Ἰαννύων τότε, ἤλυνεν ἐπὶ Ἀμαστριν πόλιν ἐπὶ τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ. ἐλαύνων δὲ ἐφέρετο μὲν χαλκὸν ἄπλετον 20 ἐπὶ τῶν καμήλων καὶ ὑπόζυγιων, ἤγειο δὲ καὶ τὸν ἀπὸ τῆς

se hostiliter pergere regem, obviam ex urbe procedunt, regique in itinere claves tradunt. at rex munera magna in hos Triballos contulit, quosdam opibus, quosdam vero regionibus donans. uxorem Elazari in foedus receptam passus est abire auferentem opes suas impune. praesidium autem una cum urbe cepit.

Occupata ista urbe, animoolvebat exercitum contra Peloponnesum ducere, veniens autem Byzantium, et hinc solvens in Asiam, exercitibus circumsegit Amastrum urbem Iannuensium, sitam in mari Euxino. nam Iannenses miserant legatos ad regem, petitum urbem Galatiam (quae et Pera), quae ipsorum esset, quam possideret, quamvis foedera intervenissent, nec aliqua iniuria eum affecissent, foederum religionem abruptentes. quamvis autem eius partes Byzantio capto sit secuta, tamen eam sibi restitui orabant. rex legatis respondit se nullum fraudem Galatae fecisse, nec exercitus contra eam movisse, nec etiam eam vi expugnasse: verum urbis praefecti advenientes semetipsos et urbem sibi tradidit, ut quid boni potius quam mali a me paterentur. in hunc modum urbe ista potitus sum, nec cuiquam iniuriam intuli. Iannenses autem cum regi propter istam urbem bellum indicerent, ipse profectus est contra urbem Amastrum ad mare Euxinum sitam. in hanc expeditionem plurimum aeris vehabat camelis et iumentis. contra istam urbem etiam Asianum ex-



Ἀσίας στρατόν. ὡς δὲ ἀφικόμενος ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, προσεχώρησεν ἡ πόλις αὐτῷ καθ' ὁμολογίαν. παραλαβὼν δὲ τὴν πόλιν, τὸ μὲν τρίτον μέρος αὐτοῦ καταλιπὼν ἐν τῇ πόλει, τὰς δύο μοίρας ἀγαγὼν τῆς πόλεως εἰς Βυζάντιον κατώκισε, 5 καὶ τινὰς τῶν παίδων αὐτοῦ τῆς πόλεως ἐξελέμενος ἐαυτῷ ἐκομίζετο ἐπ' οἶκον. ἔνθα δὲ αὐτῷ ἠγγέλλετο τὰ Χασάνεω V. 191 πράγματα χωρεῖν ἐπὶ μέγα δυνάμεως καὶ Ἑρζιγάνην τὰ Ἀρ- C μενίων βασιλεία.

Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον τῷ ἔτει τούτῳ ἐγένετο. βα- 10 σιλεῖ μέντοι ἐξελαύνοντι ἀπὸ Πελοποννήσου εἰς τὰς Θύρας ἀφίκετο ὁ βασιλέως ἀδελφὸς Τραπεζοῦντος Δαβίδ, τὸν τε φόρον ἀπάγων καὶ τὰς σπονδὰς ἐμπεδῶν. οἱ γὰρ Κολχίδος βασιλεῖς λέγονται μὲν γειέσθαι πρότερον Βυζαντίου βασιλεῖς, τῆς Κομνηνῶν οἰκίας, τούτους δ' ὡς ἐκπεσεῖν τῆς βασιλείας, 15 Ἰσαάκιον τὸν παῖδα τοῦ βασιλέως διαφυγόντα, τελευτήσαντος ὑπὸ δῆμον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ διὰ τὸ ἔχθος τὸ πρὸς αὐτόν, οἴχεσθαι ἐπὶ τὴν Κολχίδα χώραν καὶ ἐπὶ τὴν Τραπεζοῦντα. ἀφικόμενον δὲ ἐνταῦθα καταστῆναι ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἐπὶ τὴν τῆς Κολχίδος ἡγεμονίαν, καὶ τὴν βασιλείαν μετενεγκεῖν D 20 ἐπὶ τὴν Τραπεζοῦντα τῆς Κολχίδος. καὶ ἀπὸ τοῦδε βασιλεύειν ἐνταῦθα ἔσπε ἐφ' ἡμῶς διαγενομένους, Ἕλληνας τε ὄντας τὸ γένος, καὶ τὰ ἤθη τε ἅμα καὶ τὴν φωνὴν προῖεμένους Ἑλληνικὴν. καὶ ἐπιγάμιός μὲν ποιεῖσθαι πρὸς τε τοὺς ὁμόρους

## 12. ἐπάγων R, ἐπέχων P

exercitum ductavit. ubi ad urbem advenit eamque expugnare institit, confestim deditionem fecit condicionibus quibusdam. rex urbem istam in deditionem suscipiens, partem hominum tertiam in ea reliquit. reliquas duas partes Byzantium, ut ibi habitarent, transportavit. deinde eligens quosdam civitatis huius pueros, cum iis domum profectus est. interea nuntiatur Chasanis res maxima sumere incrementa, eumque pergere Erziganam, Armenorum regni sedem.

Verum haec quidem sequenti anno contingere. cum rex ab Peloponneso in illam expeditionem iret, ad ianuam venit regis frater Trapezuntis David, tributum ferens et foedera faciens. nam Colchidis reges feruntur reges olim Byzantii fuisse, nati e familia Comnenorum. hi autem cum exciderunt regno Constantinopolitano, Isaacium regis filium, fugientem patre interempto a populo propter odium quo in ipsum ferebantur, abiisse in Colchida et Trapezuntem. hunc advenientem Colchidis incolae ducem pronuntiarunt, et exinde regnum Colchidis Trapezuntem contraxit. ex eo inde tempore hic regnantes ad nostra usque tempora durarunt, existentes Graeci, mores linguamque Graecorum retinentes. affinitatem iunxerunt cum barbaris finitimis,

βαρβάρους τοὺς λευκοὺς Ἀσπροβατιάντας καλουμένους καὶ δὴ καὶ πρὸς Τεμήρεω νίδους τοὺς ἀπὸ Τζοκίης καὶ Καραισούφρω παῖδας, ὥστε μὴ πράγματα ἔχειν δουμένης τῆς χώρας ὑπὸ τούτων. καὶ πρὸς τε τοὺς Ἕλληνας Βυζαντίου ἐπιγαμίας  
P. 246 ποιῆσθαι, τὰ τε ἄλλα, καὶ τὴν θυγατέρα ἐκδεδωκότος Ἀλε- 5  
ξίου βασιλέως Κομνηνοῦ Ἰωάννη τῷ βασιλεῖ Βυζαντίου.

Μετὰ δὲ ταῦτα γεγονέναι τι καὶ τοιοῦτον. ὥς γὰρ ἐν ὑποψία γενομένη τῷ βασιλεῖ Ἰωάννη περὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, ὥς τοῦ πρωτοβεστιαρίου συγγενομένου τῇ μητρὶ αὐτοῦ τῇ Καντακουζηνῇ, καὶ πάσχοντι κατὰ θυμὸν τούτου ἔνεκα, ἀπέκ- 10  
τεινέ τε τὸν πρωτοβεστιάριον, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ μητέρα ἀπέκλεισεν ἄμφω ἐν τῷ αὐτῷ κοιτῶνι, βουλόμενος ἀνελεῖν καὶ τὴν μητέρα. οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει ἄρχοντες, ἰκτεύοντες τῷ Ἰωάννῃ ἵνα μὴ τοῦτο γένηται, ἀπέπεμψαν τού-  
τον εἰς τὰ μέρη τῆς Ἰβηρίας, δυσωπήσαντες αὐτόν. τῇ κα- 15  
B κία δὲ τοῦ Ἰωάννου πεποιήκεν ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν δεύτερον βασιλέα, τὸν Σκαντάριον λεγόμενον, καὶ ἐπ' ἀνδρῆσεν αὐτόν μετὰ τὴν θυγατέρα Μυτιλήνης Γαταλιούζου, ὃν ἀπέπεμψεν αὐτοῦ ἐν τῇ Μυτιλήνῃ. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης ἀπελθὼν ἐν Ἰβηρίᾳ ἔσχε γυναῖκα τὴν τοῦ βασιλέως 20  
Ἀλεξάνδρου θυγατέρα. μετὰ δὲ ταῦτα ἀπῆλθεν ἐν τῷ Καφῶ, ἀναζητῶν ἐκεῖσέ τινα τὸν ἔχοντα καράβιον, καὶ ἐλθεῖν ἐν τῷ

7. ad haec μετὰ δὲ ταῦτα . . . R in margine: ἐτέρου τινὸς καὶ οὐ Λαονίκου, ὡς δοκεῖ, τὸ παρόν. cf. p. 467, 10. addit idem paulo infra: διὸ κοινῶς ἐρρέθη τοῦτ' ἰσχυρὸν καὶ οὐ κατεσκευάσθη ἐς τὴν ὁμοίαν φράσιν.

quos Albos Probatantes nominant. etiam cum Temiris nepotibus, qui nati erant ab Tzokiis et Caraisuphis liberis, affinitas intercessit, ne regio illorum ab his evastaretur. fecere et affinitatem cum Graecis, qui Byzantii morabantur, inter caetera cum etiam filiam suam elocasset Alexius rex Comnenus Ioanni Byzantio regi.

Huiusmodi autem quid postea accidit. suspectus factus est regi Ioanni propter matrem, quae Cantacuzena erat, quasi protobestiarius cum ea concumberet. ira igitur accensus protobestiarium necavit, matrem matremque in cubiculo conclusit, ut eos interficeret. verum cives supplices siebant Ioanni ne hoc faceret, et eum compescentes dimiserunt in partes Iberiae. verum propter iniustitiam Ioannis rex Alexius filium suum nomine Scantarim regem iterum declaravit. eidem uxorem dedit filiam Galiuzis, qui Mitylenis erat, eo missus ab rege. Ioannes abiens in Iberiam uxorem habuit regis Alexandri filiam. postea hinc profectus abiit Capham, quaerens aliquem, cui esset navis, qua veheretur Trapezuntem, gesturus bellum cum patre suo

Τραπεζοῦντι πολεμικῶς κατὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς Ἀλεξίου.  
 εἶρε δὲ ἐκείσε Ἰανυίτην ἄνθρωπον ἔχοντα καράβιον μέγα,  
 ὄπλα παντοῖα φέρον, τὸ λεγόμενον . . . ὃν καὶ ἐχειροτονή-  
 σατο πρωτοστράτορα. ἀρματώσαντες οὖν τὸ καράβιον καλῶς B  
 β τε καὶ ὡς ἐχρῆν, ἦλθον ἐν Τραπεζοῦντι κατὰ βασιλέως Ἀλε-  
 ξίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. ἐξελθόντες οὖν ἔξω ἐν τῇ ξηρᾷ, ἐν  
 τῇ τοποθεσίᾳ τοῦ ἁγίου Φωκᾶ, καὶ ἐν τῇ μονῇ αὐτοῦ ἐσκη-  
 νώσαντο αὐτόθι, σχόντες διὰ μέσου καὶ βοηθούς κρυφίως  
 πρὸς τοὺς Καβασιτάνας, οἱ τινες αὐτὸν προδεδώκασιν. ἔχον-  
 10 τες γὰρ οὗτοι τὴν φυλακὴν τοῦ βασιλέως ἐς τοῦ Ἀχαντοῦ  
 προυσιτείου, τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου ἐκεῖσε καὶ αὐτοῦ σκηνώ-  
 σαντος μετὰ ἀρμάτων τε καὶ πολεμικῶν, κατὰ τοῦ Ἰωάννου  
 συνεκατέθεντο, παραχωρήσαντες τὴν κατὰ Ἀλεξίου ἔλευσιν,  
 ὃν καὶ εὐρόντες οἱ τοῦ Ἰωάννου ἄρχοντες ἐν τῇ σκηρῇ ἀνυ-  
 15 πόπτως, καὶ μετὰ βίας ἀπέκτειναν αὐτὸν ἐν ὄρᾳ μεσονυκτίου. D  
 ὁ γὰρ βασιλεὺς Ἰωάννης οὐκ εἶπεν ὄλωσ κτεῖναι τὸν πατέρα,  
 ἀλλὰ μόνον ζωοῦν καὶ εἰς αὐτὸν ἀγαγεῖν. ἐκεῖνοι τοῦτο μὴ  
 φυλάξαντες, ἀλλ' ἀποκτείναντες μᾶλλον τῷ βασιλεῖ Ἰωάννῃ τὰ V. 192  
 πρὸς χάριν πεποιήκασι δοκοῦντες ἴσως. οὗς ὁ βασιλεὺς Ἰω-  
 20 ἄννης ἕστερον τὸν μὲν ἐτύφλωσε τὸν δὲ ἐχειροκόπησε, μὴ  
 θέλων τοῦτο οὕτω ποιῆσαι, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν μόνον ἀγαγεῖν.  
 ὁ Ἰωάννης τοίνυν καὶ ἀνεδέξατο τὴν βασιλείαν, τιμῆσας τὸν

### 3. φέροντα, λεγόμενον?

Alexio. invenit autem isthic virum Ianuensem, cui navicula satis  
 magna erat, quae arma omnis generis ferebat. hunc primum belli  
 ducem constituit. apparatus igitur navi, quemadmodum necessitas  
 monere videbatur, profecti sunt Trapezuntem, bellumque ipse patri  
 suo intulit. egressos in terram templum S. Phocae excepit, et in  
 eius sacello tentoria fixerunt, cum iam ante occulte sibi parassent  
 auxiliares Cabazitane, qui regem prodiderunt. hi enim agentes  
 custodiam regis in Achante suburbio, quo ipse tentoria sua contule-  
 rat, cum curribus et belli machinis oppositi erant Ioanni, qui conce-  
 dentes hosti tutum ad Alexium iter, effecere ut Ioannis principes  
 eum circa noctis medium, nihil tale suspicantem, vi interficerent.  
 caeterum Ioannes suis mandaratum ne patrem necarent, verum operam  
 darent ut captum ad se adducerent vivum. hi regis mandata parum  
 curantes existimabant se rem multo gratiorem ipsi facturos, si patrem  
 interimerent: proinde eum peremerunt. verum deinceps Ioannes  
 quosdam ex illorum numero oculis privavit, quorundam etiam manus  
 praecidit, ut testaretur se nolle patrem esse interfectum, verum ma-  
 gis affectasse ut vivus in suam potestatem venisset. Ioannes cum in  
 hunc modum paternum adeptus esset regnum, patri magnifice iusta

πατέρα αὐτοῦ ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς, τῇ ταφῇ, ὃν καὶ κἀ-  
τέθετο ἐν τῇ τῆς Θεοσκεπάστου μονῇ, εἰ καὶ ὕστερον ἔφερε  
τοῦτον ἐν τῇ μητροπόλει.

Μετὰ δὲ τινὰς χρόνους ἐστράτευσε καὶ τις ζύχης ὀνό-  
P. 247 ματι Ἀρταβίλης κατὰ Τραπεζοῦντος, συνάξας ἀπανταχοῦ ἀπό  
τε ἀνατολῆς καὶ μεσημβρίας στρατὸν, ἀπό τε Σαμίον καὶ ἐξ  
ἄλλων τινῶν πόλεων, καὶ ἦλθε κατ' αὐτῆς βουλόμενος ἐλεῖν  
καὶ πορθῆσαι ταύτην. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης συνάξας καὶ  
αὐτὸς στρατὸν διὰ τε ξηραῖς καὶ διὰ θαλάσσης ἅμα τῷ παν-  
σεβάσιω καὶ τοῖς αὐτοῦ ἦλθεν ἕως τοῦ ἁγίου Φωκά τῇ μονῇ<sup>10</sup>  
τῇ λεγομένῃ Κορδύλη. συνάξας τοίνυν ὁ πανσέβαστος τοὺς  
τε ἰδίους καὶ τοῦ βασιλέως, διήρχετο ἅμα τῇ τοῦ στρατοῦ  
βουλόμενος θαλάσση εἰσβαλεῖν κατὰ τοῦ ζύχης, ὅποι ἂν εὔρη-  
ται τοῦτον· ὁ γὰρ ζύχης Ἀρταβίλης κατέσχε τὴν τοῦ Με-  
B λιάρη λεγομένην τοποθεσίαν, προλαβόμενος τὴν κλεισοῦραν<sup>15</sup>  
ταύτην τοῦ Μελιάρη, τὸ Καπάνιον λεγόμενον. ἐλθόντες τοί-  
νυν οἱ τοῦ πανσεβάστου καὶ αὐτὸς εὔρον τὸν ζύχην προκα-  
τέχοντα τὴν κλεισοῦραν τοῦ Καπανίου. οἱ καὶ ὀρμήσαντες  
κατὰ τοῦ ζύχης ἐπ' ἐλπίδι τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ ἅμα, ἐπειδὴ  
καὶ οὗτος ὁ ναυτικὸς στόλος ἦν παρεσκευασμένος μετὰ τοῦ<sup>20</sup>  
πανσεβάστου δώσειν τῷ ζύχῃ, οὐκ ἔσχον καιρὸν ἔγκαιρον,  
ἀλλ' ἀνέμου βιαίου πνεύσαντος ἐν τῇ θαλάσῃ οὐκ ἐξῆλθον  
ἐξω οἱ ναυτικοὶ εἰς βοήθειαν τοῦ στρατοῦ, ἀλλ' ἄλλοθεν πο=

## 23. ἐμόθεν?

fecit, sepeliens eum in venerabili templo; quamvis eum postea in  
metropolim transtulerit.

Nec multo tempore interposito, zyches nomine Artabiles  
bellum contra Trapezuntem movit, conscribens undique exercitus  
ab oriente, ab meridie et a Samo, necnon ab aliis quibusdam  
oppidis. his copiis instructus accessit Trapezuntem, volens eam  
urbem capere et destruere. etiam rex Ioannes comparato exer-  
citu terra marique venit usque at S. Phocae templum, quod Cor-  
dyla nuncupatur, una cum imperatore Graeco et suis. congregans  
igitur imperator Graecos suos et regis milites, pergebat simul cum  
exercitu suo per mare, copiam praelii facturus, ubicunque zycheni  
indeptus foret. nam zyches Artabiles insederat locum qui Meliäre  
dicitur, praeoccupatis Meliaris faucibus quae Capanium nominantur.  
venientes itaque imperatoris Graeci milites et ipse invenerunt zy-  
chem praeoccupasse angustias sive fauces Capanii. propterantur igitur  
contra illum profecti sperabant navalis praelii hostem copiam factu-  
rum, siquidem classis ibi parata erat, ut impetum daret in zychis  
exercitum. verum tempus haud satis praelio opportunum pugnam in-



θεν σκληρίας γενομένης ἔσχον κώλυμα τοῦ ἐξελθεῖν τὸν ναυ-  
 τικὸν στρατὸν τὰ πλοῖα γερόμενα. καὶ τότε δὴ ὀρμήσαντες C  
 οἱ τοῦ ζύχης κατὰ τοῦ πανσεβάστου καὶ τοῦ στρατοῦ διέφθειραν  
 τε αὐτὸν πανσεβάστον καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ ἑτέρους ὡσεὶ  
 5 τριάκοντα. καὶ οἱ ἕτεροι πεφευγότες ἤλθον πρὸς τὸν βασιλέα  
 Ἰωάννην, ὃς φηγὰς καὶ αὐτὸς γερόμενος μετὰ πλοίου ἤλθεν ἐν  
 Τραπεζοῦντι σύναμα καὶ τοῖς ἑτέροις, οἱ μὲν διὰ ξηρᾶς οἱ δὲ  
 διὰ θαλάσσης πεφευγότες, κατασκηνώσαντος τοῦ ζύχης ἐν τῇ μοιῇ  
 τοῦ ἁγίου Φωκά, εἰς ἣν ἦν κατεσκηνωμένος ὁ βασιλεὺς Ἰω-  
 10 ἀννης. ἐζώγησε δὲ καὶ πολλοὺς ὁ ζύχης, οὗσιν αὖς φοιτῶ-  
 σασ ἐξ αὐτῶν, ἔχων καὶ τὸν Μαυροκύστην λεγόμενον ζῶντα, B  
 κελιώτην ὄντα καὶ ἐξοδιαστὴν τοῦ βασιλέως, ὃν καὶ ἀπέκει-  
 νεν ὁ ζύχης ἔμπροσθεν τῆς πόλεως. εἶτα ποιήσας ἐκεῖσε ἡμέ-  
 ρας τρεῖς ἀπῆλθεν ὡς πολεμήσων ἐν τῷ Μεσοχαλδίῳ, ὡς τοῦ  
 15 πανσεβάστου τοῦτο ἔχοντος. συνέβη δέ τι καὶ τοιοῦτον ἐν  
 Τραπεζοῦντι ἀκμὴν ὄντος τοῦ ζύχης, ἐν τῇ μοιῇ τοῦ Κορ-  
 δύλη. ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἤλθεν ὁ ζύχης ἐν αὐτῇ γυνή τις  
 τῶν Ἀρμενίων φοβηθεῖσα μήποτε ὁ ζύχης ἐπιλάβηται τὸ  
 ἐξώκαστρον, μετῆρε τὸν βίον αὐτῆς ἐς τὸ μέγα κάστρον τῆς  
 20 Τραπεζοῦντος ὡς φυλάξουσα ἐκεῖσε. τοίνυν ὁπότεν ἐλάμβανε  
 τὸν βίον αὐτῆς καὶ ἐκόμιζε τοῦτον ἐν τῷ κάστρῳ νυκτὸς οὔσης,

## 20. φυλάξασα P

hibuit. nam cum venti procella pertinacius mari incumberet, nava-  
 les copiae non egressae sunt, ut subsidium ferrent classi. verum  
 cum hic et alibi hinc inde ancoris firmatae haerent, impeditae sunt  
 naves quo minus cum navalibus copiis pergerent in hostem, ad quem  
 usum comparatae erant. Zychis milites hanc occasionem non omit-  
 tentes irruperunt in imperatorem et eius exercitum confeceruntque et  
 ipsum et filium eius et alios quoque circiter triginta. caeteri in fu-  
 gam effusi venerunt ad regem Ioannem, qui et ipse navi fugit et una  
 cum aliis Trapezuntem peruenit; quorum alii mari, alii vero terra  
 fugientes exitum evasere. Zyches castra sua locavit in monasterio  
 Phocae, ubi castra sua antea Ioannes habuerat. plurimos quoque  
 cepit vivos, quorum de numero aliquos occidit. nactus est virum  
 eum cui nomen erat Maurocastas, qui eorum regionum curator seu  
 domitor et veredarius regis erat. hunc in urbis conspectu leto dedit  
 Zyches. postea, cum triduum ibi mansisset, abiit quasi dimicaturus  
 in Mesochaldio, seu id teneret Graecus imperator. accidit autem  
 Zychi hoc ea nocte qua primum in monasterium Cordyla venerat. mu-  
 lier quaedam Armena, timens ne forte Zyches exterius castrum cape-  
 ret, cum lanificio suo, ex quo se alebat, profecta est in magnum  
 castrum Trapezuntis quasi ibi tutius actura. haec accipiens ea qui-  
 bus quotidianum victum suum tolerabat, noctu portavit in castrum

- P. 248 λεληθότως ἀνήψαιτο πῦρ ἐν τοῖς κροκίοις αὐτῆς. αἴτιη δ' ἦν ἐν τῷ μεγάλῳ κάστρῳ, μὴ εἰδυῖα τὸ σύμπτωμα. ἀνήψε τε μέγα ἐν τῷ ταύτης οἰκήματι, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ τὰ σύγγενς πάντα, ἐν ὥρᾳ μεσονυκτίου. οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει νομίσαντες εἶναι προδοσίαν ἀπὸ τῶν ἐντὸς τὰ πρὸς χάριν τοῦ ζύχης, 5
- V. 192 ἔφευγον ἀπαξάπαντες, ἄρχοντές τε ὁμοῦ καὶ ἀρχόμενοι, ἐγκαταλειφθέντος μόνου τοῦ βασιλέως Ἰωάννου μετὰ καὶ τινῶν μερικῶν, ὡσεὶ πενήκοντα. διήρχετο γοῦν ὁ βασιλεὺς διὰ πάσης τῆς νυκτὸς τὰ τεῖχη τῆς πόλεως καὶ τὰς πύλας αὐτῆς. ἦλθε τοίνυν ἐν τῷ πρωῦ καὶ ὁ ζύχης, ὡς εἴρηται, εἰς τὸ τά-10  
χα ἐπιλήψεσθαι τὴν Τραπεζοῦντα· ὃς καὶ ἀπῆλθεν ἄπρακ-  
B τος, διερχόμενος ἐν τοῖς Μεσοχαλδοίσις. ἔφυγον γοῦν ἀπαξά-  
παντες ἄρχοντες, οἱ μὲν διὰ πλοίων οἱ δὲ διὰ ξηρᾶς, ἐπ' ἐλεύ-  
σει τῆς Ἰβηρίας· οἱ καὶ ἐλθόντες ὕστερον, διαβάτος τοῦ  
ζύχης, ἐν Τραπεζοῦντι ὠνειδίζοντο παρὰ τοῦ βασιλέως, γυ-15  
ναικοιοὺς ἀποκαλῶν αὐτοὺς καὶ ἀνάδρους καὶ προδότας τῆς  
πατρίδος αὐτῶν.

Καὶ ταῦτα μὲν γέγονεν ἐν Τραπεζοῦντι· ὁ δὲ τῆς Ἀμασίας ὑπαρχος, Χιτήρης ὀνόματι, στρατευσάμενος καὶ ἄφνω ἐπεισπεσὼν ἐν Τραπεζοῦντι, τοὺς τε ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ 20  
C ἐν χώραις, τοὺς ἐν τῇ πόλει οὐκ ὀλίγους συνέλαβεν, ἐς δι-  
σχιλίους τοὺς πάντας γενομένους. καὶ ἐρήμου ἤδη οὔσης τῆς

magnum. et forte, quia nox erat, incendit fila et lanificium suum. ipsa vero manebat in magno castro, ignara quidnam accidisset. factum igitur est incendium magnum in eius domo; et non ea domo se tenuit incendium, sed in vicina omnia evagatum est. noctis autem erat medium, cum incendium illud saeviret. qui erant in urbe, putabant prodicionem esse, quam subornassent illi qui gratificandum censebant Zychi. proinde omnes magistratus, necnon subditi, continuo fugam ingressi sunt, relicto Ioanne solo, cum quibusdam circiter quinquaginta. rex igitur tota ea nocte obibat diligenter vigiliis et considerabat portas. mane venit Zyches ut urbem illico in suam dicionem redigeret. verum re infecta abiit, pergens in Mesochaldium. fuga igitur sibi consuluerunt omnes magistratus urbis, quidam mari, quidam vero terra, ut venirent in Iberiam ad Caspios montes sitam. qui cum reverterentur tandem Trapezuntem, abeunte Zyches, opprobriis replebantur ab rege, qui eos identidem vocabat muliebres, molles, imbelles et patriae suae proditores.

Haec quidem facta sunt Trapezunte. at Amasiae praefectus, Chiteres nomine, expeditionem ingressus subito Trapezuntem oppressit; et eos qui in foro et urbis vicis erant, circiter bis mille comprehendit. cum autem urbs iam esset propemodum deserta, cuius causa erat saevis-

πόλεως τῆ τοῦ λοιμοῦ βία καὶ προσδοκίμου ἀλώσεσθαι, δια-  
πραξάμενος χρήμασιν ὁ τῆς πόλεως βασιλεὺς Ἰωάννης ὥστε  
ὑπόφορον ἔχειν τὴν πόλιν Μεχμέτη τῷ βασιλεῖ τοῦ λοιποῦ,  
τούς τε αἰχμαλώτους, οὓς ἔλαβε Χιτιρμπέης, ἀποδοθῆναί οἱ,  
5 καὶ αὐτὸν ἡσυχίαν ἄγειν ἀπάγοντα τῷ βασιλεῖ φόρον, δισχι-  
λίους χρυσίους. ὕστερον μέντοι καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης  
ἀπέστειλε τὸν αὐτὸν ἀδελφὸν Δαβὶδ δεσπότην ὡς τὸν βασιλέα,  
καὶ ἡξίου τε τοῦτον ἐμπεδοῦν τὰς σπονδάς, ὃ καὶ γέγονεν, ἐπὶ  
φόρον χρυσίους τρισχιλίους.

- 10 Ἡ δὲ Ἰβηρία προσεχῆς ἐστὶ τῆ τῆς Κολχίδος χώρα, καὶ  
οἱ βασιλεῖς τούτων οὐκ ἀγενεῖς. διήκει δὲ ἡ χώρα ἀπὸ τοῦ  
Βαθῦ λεγομένου καὶ ἀπὸ Φάσιδος ποταμοῦ ἕως Χαλτζιχί,  
ἢ τοῦ Γοργούρου ἀνθεντεία καὶ Κορίου καὶ Καχετίου καὶ D  
Τυφλισίου, σύγγυς οὖσαι αἱ πόλεις αὗται τοῦ Σαμαχίου,  
15 Τούρκων οἰκοῦντων ἐν αὐτῷ καὶ ἐχόντων χωρὶς κάτωθεν  
τοῦ Καχετίου πόλεως τοῦ ἐν παραθαλασσίᾳ καὶ τῆς Σεβστο-  
πόλεως Μιγκελίων τοῦ Δαδιάννου ἀνθεντεία καὶ Μαμία καὶ  
Σαμανταύλα καὶ Γουρίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν παραθαλασσίων  
πόλεων. ἀπὸ γὰρ τῶν πόλεων τῆς ἄνωθεν Ἰβηρίας εἰσὶ καὶ  
20 οἱ Ἄλανοὶ ὄμοροι καὶ Οὔνοι καὶ Ἐμβοί. οἱ δὲ Ἄλανοὶ δο-  
κοῦσιν εἶναι ὑπὸ τὸν Καύκασον παρατείνοντες. οὗτοι καὶ ἐς  
τὰ μάλιστα ἄνδρες νομιζόμενοι τὰ πολέμια κράτιστοι, ποιοῦν P. 249

6. ad τρισχιλίους R in margine: ἕως ᾧδε ἐτέρου δοκεῖ καὶ οὐ  
Λαογίκου.

sima pestilentia, iamque expectarent, si modo hostis accederet, se  
captum iri, rex urbis Ioannes opibus effecit ut rex Mechimetes urbem  
eam tributariam acciperet et captivos, quos Chiterempes abduxerat, red-  
deret. Ioannes vero promittebat se deinceps nullum initurum bellum,  
verum bona fide quotannis duo milia aureorum tributum nomine pen-  
surum. Ioannes rex fratrem suum Davidem despotam ad regem mi-  
sit, ut foedus praedictis condicionibus pangerent. quod et factum  
est, verum ut Ioannes annuatim tributum nomine solveret tria milia  
aureorum.

Iberia finitima est Colchidis regioni, eiusque reges haud sunt  
instrenui et ingenerosi. porrigitur autem ab eo loco qui Bathy di-  
citur et ab Phaside fluvio usque Chaltzichi, quae pertinet ad dicio-  
nem Gurguri Corii Cachetii et Typhlisii. urbes hae propinquae sunt  
Samachio, quam urbem tenent et incolunt Turci. sub quorum po-  
testate degunt separatim infra Cacherum urbem in regione maritima,  
Sebastopolis Minceliorum et Dadianni metropolis, Mamia, Samantaula,  
Gulii et aliae urbes maritimae. nam urbibus superioris Iberiae con-  
termini sunt Alani Hunni et Embi. verum Alani ad Caucasum us-

τες λωρίκια ἑξαιρέτα. πολιτεύονται δὲ οὗτοι ἐς τὴν τοῦ κούριου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θρησκείαν, διαχωρῶνται δὲ φρωῆ ἰδίᾳ τὸ παράπαν, καὶ ὄπλα ἐπιτηδεύουσιν ἀπὸ χαλκοῦ, τὰ Ἄλανικὰ καλούμενα. Ἰβηρες δὲ καὶ αὐτοὶ ὄθεν μὲν ἐπὶ τὴν χώραν τήνδε ἀφίκοντο, εἴτε ἀπὸ Ἰβήρων τῶν πρὸς ἑσπέραν, 5 οὐκ ἔχω διασημῆναι· δοκοῦσι δὲ αὐτοὶ ἐπὶ μέγα χωρῆσαι δυνάμεως, καὶ ὄλβον κτασάμενοι, καὶ πίστιν ἐκ Κωνσταντίνου πόλεως παρὰ μιᾶς γυναικὸς ἐκεῖσε διαφοριώσης πίστεως εὐσεβοῦς ἕνεκα τῆς εὐσεβεσιότητος· ἥτις καὶ θαυματουργίαις τοὺς Ἰβηρας μετηλλάξατο τῆς ἀσεβοῦς αὐτῶν πίστεως, καὶ 10 Β Χριστιανοὺς ἀπεφῆνατο τῇ ὁμολογίᾳ αὐτῶν. μετὰ δὲ χρόνους πολλοὺς οἱ Σκυθαὶ οἱ ὁμοροὶ αὐτῶν πόλεμον ἤσαντο κατ' αὐτῶν, καὶ τὰς χώρας τῶν Ἰβήρων διερχόμενοι ἐδήουν καὶ παντελῶς ἠφάνιζον, καὶ ἀνδραποδισάμενοι κατέσχον αὐτούς, καταφυγόντων τῶν βασιλέων ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὄρέων. 15 ὕστερον δ' οἰχομένων τῶν Σκυθῶν ἐπὶ τὰς σφετέρας διατριβὰς ἐπικαταβῆναι τε ἐς τὴν χώραν, καὶ δασμὸν φέροντας τῷ βασιλεῖ Σκυθῶν γενέσθαι ἐν αὐτῇ βασιλεύοντας. μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον πρὸς τε τοὺς Ἄλανους μαχεσάμενοι, Οὔνους καὶ Σάσους . . . . τοσόνδε ἐπιστάμενος ἐπιμνή- 20 σομαι περὶ αὐτῶν.

### 9. Θαυματουργίας Ρ

que se extendunt, qui prae reliquis habentur viri fortissimi et bellicarum rerum peritissimi. hi conficiunt loricis optimas. sequuntur religionem domini nostri Iesu Christi. lingua utuntur peculiari. arma habent quae ex aere parant, et Alanica nominantur. quin et ipsi Iberi sunt. unde autem in istam regionem profecti venerint, ab Iberis occidentalibus an aliunde, coniectando assequi non possum. magnam brevi sibi pararunt potentiam; etiam opes plurimas nacti sunt. fidem vero Christianam ex Constantinopoli hauserunt. nam mulier quae eo proficisci consuerat ut veram fidem et sacrosanctam addiceret, etiam Iberos, abnegata sua superstitione, ad sanctissimam et miraculorum effectricem fidem adduxit, eosque Christianos declaravit, cum se Christianos esse confiterentur. temporibus multis post Scythae finitimi his bellum intulere, et ingressi regionem Iberiae eam planissime corrumpebant et evastabant. viros qui praesto erant, captos in mancipiorum numerum rettulerunt. Iberorum vero reges confugerant in montes, ut in iis servarentur. postea cum Scythae ex regione excessissent, reversi ad sua, etiam Iberi ex montibus ad sua descenderunt, et regi deinceps Scytharum quotannis tributum ferentes in regno suo manserunt. brevi autem tempore interiecto, postquam pugnavit Scytharum rex contra Alanos, etiam Hunnos et Sosos bello petiit; de quibus quatenus comperi, eatenus memorabo.



Ὡς μὲν οὖν ἀφικόμενον Ἀσάνεω παρὰ βουσιλέως ἐπυν- C  
 θάνετο τὰ κατὰ τὴν Πελοπόννησον, ἐπυνθάνετο δὲ καὶ παρ'  
 Ἀχμιάτew τοῦ τῆς Πελοποννήσου ὑπάρχον, ἐν Κορήθῳ δια-  
 τρίβοντος, Δημήτριον τὸν ἡγεμόνα ἀφεστηκότα τοῦ ἀδελφοῦ  
 5 αὐτοῦ κατὰ χώραν μένειν, πολεμούμενον καὶ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ  
 ἀδελφοῦ, ἐδώρήσατο μὲν αὐτίκα αὐτὸν ταῖς ἐν τῷ Αἰγαίῳ  
 νήσοις, Ἀθήνῳ τε καὶ Ἰμβρῳ καὶ Θάσῳ καὶ Σαμοθράκῃ.  
 ταύτας μέντοι πρότερον, μετὰ τὴν Βυζαντίου αἵρεσιν, περιεί-  
 χετο τῆς Μέσσην τὰ ἡγεμονικῶ, Ἀθήνας καὶ Αἴνον, τῷ Πα-  
 10 λαμῆδῃ δὲ τυράννῳ Ἰμβρον. ὡς δὲ εἶλε τε τὴν Αἴνον, ἀπο-  
 θανόντος τοῦ Παλαμῆδου καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Νισορίου τὴν  
 πόλιν παραλαβόντος, ἐπελάσας. ὁ βουσιλεὺς εἶλε τε τὴν Αἴνον,  
 προσεχώρησάντων αὐτῷ τῶν ἐν τῇ πόλει αὐτίκα. ἐπεμπε τε D  
 Ἰουούζην τὸν τῆς Καλλιωνπόλεως ὑπάρχον, παραληφόμενος  
 15 τὰς νήσους. ἣ μὲν Ἰμβρος αὐτίκα προσεχώρησε καὶ ἡ Ἀθ-  
